





DISSENTATIO INAUGURALIS JURIDICA  
DE  
**PRÆCIPUIS IMPEDIMENTIS**  
**VEL OBSTACULIS JUSTITIÆ** 24  
**VULGO** 32

**Von denen vornehmsten Verhinderungen  
der Gerechtigkeit,** 1719, 29

QVAM  
AUSPICIIS JEHOVÆ

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO ACADEMIA  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

**DN. GVIELMO HENRICO**  
DUCE SAXONIÆ JULIÆ, CLIVÆ, MONTIUM ANGARIÆ, GUEST-  
PHALIÆ ETC.

EX DECRETO ET AVTORITATE ILLVSTRIS JCTORVM ORDINIS IN  
FLORENTISSIMA AD SALAM ACADEMIA.

P R A E S I D E T H  
ILLUSTRI ATQUE EXCELLENTISSIMO DOMINO  
**CHRISTIANO WILDVOGELIO**,  
JCTO CONSUMAT. SFRENISS. DUCIS SAXO ISENACENSIS CONSILIARIO  
STATUS INTIMO CURIÆ PROVINCIALIS ET SCABINATUS NEG  
NON FACULTATIS JURIDICÆ ASSESSORE GRAVISSIMO  
ANTECESSORE CELEBERRIMO.  
PATRONO HOSPITE AC PROMOTORE SUO MULTIS NOMINIBUS  
DEVENERANDO

PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS PRIVI-  
LEGII ET IMMUNITATIBUS DOCTORALIBUS  
SOLENNITER OBTINENDIS

IN AUDITORIO JURE CONSULTORUM

*Horis ante & pomeridianis consuetis publico Fruditorum ventilationi exponit.*

**CHRISTOPH. DANIEL Schmid** / Adv. Reipub. Goslariensis.  
ad diem Novembr. M DCC XIX.

---

JENÆ, LITTERIS MULLERIANIS.

DISSERTATIO IN MEDIOLANIS ARRIDIENS  
PRÆCIPUIS IMPEDIMENTIS  
ÆT. OBSTACULIS JUSTITIAE  
ATRIBUENS  
Deo Patriæ  
DNI GREGORII HENRICI  
DEO PATRIÆ  
ET JUSTITIAM AMANTIBUS  
HÆC INAUGURALIS DISSERTATIO  
SACRA ESTO.



DISSEMINATIO  
DISSEMINATIO  
DISS (3) EK  
DISS (3) EK

DISSERTATIO INAUGURALIS  
DE  
**PRÆCIPUIS IMPEDIMENTIS**  
VEL OBSTACULIS JUSTITIAE.

S. I.

**I**ustitia, definitio Ulpiano in L. 10. ff. de just. & Jur. & Justiniano pr. Ins. cod. EST CONSTANS & PERPETUA VOLNNTAS JUS SUUM CUIQUE TRIBUENDI; Per Constantem & perpetuam voluntatem intelligitur habitus voluntatis constanter & perpetuo inclinans voluntatem, ad ius suum cuique tribendum, accepta causa pro effectu. Zef. hic num 8. Quem habitum Puffend. Lib. I. de offic. hom. & Civ. c. 2. §. 2. non minus eleganter, quam vere describit, & exponit, quod per eum justus vir, iusta faciendo delectetur, iustitia studeat, seu omni in re, co- natur facere id, quod justum est. Nam habitus voluntatis efficit, ut homo libenter, & cum promptitudine agat, unde perite dicitur voluntas ab Ulpiano, denotante scil. actionem.

A 2

nem

nem justam debere esse, non duntaxat materialiter, sed etiam formaliter talem, id est voluntariam, sive a sciente & volente legibus conformatam, ita, ut voluntas justitiae, studio, & amore feratur in actiones justas. Dum Ulpianus inquit, *JUS SUUM CUIQUE TRIBUENDI*, significat is, potissime definiri justitiam particularē animos hominis ad obedientiam ejus juris formantem, cuius executio in judicis versatur. *Vin. ad pr. J. de Inst. & jnr. n. 3.* Dum dicit tribuendi, non tribuēns, manifestum facit, justitiam finiri per potentiam, non per actum. Unde ni fallor, satis luculenter consequitur, justitiam talem esse virtutem moralem, quæ, licet non semper actu, quantum tamen possibile est, sine cunctatione cuique tribuit, quod ei jure, & legibus debetur. Sed hoc verum omnino est de justitia in abstracto per se, & secundum se considerata; Verum in concreto, quatenus est in voluntate hac, vel illa, lubrica, & ad casum prona, non nisi incerta, & mutabilis, quæ pro circumstantis temporum, locorum, &c. mutationi subjacet, longe aliter res se habet. Videlicet enim quotidie, quanto intervallo a nobilis hujus virtutis tramite aberretur, adeo, ut pro justitia, injustitia reddatur, pro acceleratione, remoræ objiciantur. Quæ res occasionem mihi præbuit, in hac dissertatione inquirendi in præcipua obstacula justitiae, quorum originationem, & destinationem prætereo, quia ex terminis patent.

## §. II.

Hæc obstacula considerantur, vel ex parte causæ efficiens, potius dicam destruentis & corruptentis, vel ex parte materialis, vel formalis, itemque finalis, de quibus ut & eorum effectibus, atque contrariis ordine tractabo.

## §. A.

## §. III.

## §. III.

Ex parte *cause efficientis*, vel hærent obstacula in causa remota, vel propinqua. Causa remota sunt ipsæ leges, & jura constituta. Quanquam enim Leges Iustiniano in Nov. 107. c. 1. farent, adeo perspicue scriptas esse oporteat, ne aliquem per obscuritatem in captionem inducant C. 2. disf. 4. Zœl. ad Tit. ff. de LL. & SC. n. 7 Pufend. lib. 2. de offic. boni. & C. 10. Cap. 11. §. 5. Sæpe tamen in hoc officio peccant Legislatores, vel legum interpres, quibus jura interpretandi data est facultas, secundum §. responsa prudentum 8. Inst. de J. N. G. & C. vel Compilatores librorum juris. Quæ obscura statuendi ratio Doctoribus Jur. etiam peritissimis tantum labore in peperit, ut adhibito quantumvis omni possibili studio, multi non paucas in jure nostro admittant antimonias: ut videre est apud Wissenb. Anton. Matthai. Thomas. in not. ad Strauch, Scholiis ad Huberum, & disputationibus Lipsiensibus passim, Franc. Balduinum in Justiniano, sive Commentariis de jure novo. Et quamvis plurimi excellentes Doctores, pro conciliandis antinomis apparentibus, quas dicunt, egregiam operam impenderint, atque ita omni mentis acie, Iustiniani intentioni in L. 1. §. 8. Cod. de vét. jur. encl. propositæ inservierint, inter quos non ultimus numeratur B. Dn. Struvius in evolut. ad Synt. suum J. C. non tamen omnibus satisfaciunt, nec omnem difficultatem exhausti exquirunt, obscuritatemque tollunt. His accedit diversitas juriū & multitudo legum in Imperio nostro; quoniam præter Nov. Constit. Recess. Imperii, & Jus Canon. in Corpore juris Civilis extant i3732. leges. Multitudo autem legum jus dubium ac obscurum reddit. Paris de Put. in Tr. Syndic. verbo judicare c. 3. n. 6. & litium abbreviationem, & studiose juventutis intentionem remora-

tur atque impedit. Autor in Disc. von Justitien - Werck pag. 72. { Sic Legislatores Gallici centum mille factorum species & 100000. Leges invenerunt , teste Michl Mont. lib. 3. des effais politiq c. 73. & dicit , in Gallia plures esse leges quam in toto mundo , idecirco hac de re ita exclamat . ut olim flagititis sic nunc legibus laboramus , quem sequitur Bodin. de Republ. lib. 6.c. 6. n. 756. ubi ait: Judicem quendam promulgata nova lege, in hanc erupuisse vocem : *Hem præsto sunt lites. & aureorum cumuli.* Bern. Girard Tom. I. de l' histoir de france lib. 6. fol. 538. ) unde etiam evenit, ut unus ad jus civile, alter ad canonicum provocet, aliis rursus ad statuta, vel consuetudines, sive praxin configuat, quibus accedunt, ( uti jam dixi,) diversissimæ Doctorum interpretationes, quæ omnia saepe sèpius inextricabilem causantur difficultatem. Nam non raro eadem acta ad juridicas 2. aut 3. Academiarum Facultates transmituntur, & diversæ litium sententiæ reportantur, quarum una reum absolvit, altera condemnat , tercia antecedentes declarat, ita ut fere hodie in proverbium abierit: *Die Urthel sind ößters nicht anders / als wenn man in den Glücks-Topp greift.* vid. Exc. Dn. Bodin. *Dis. de benignitate in judicando adhibenda. Thes. 30.*

§. IV.  
Praterea quandoque Lex, vel statutum remoratur iustitiam. Licet enim Lex non debeat esse turpitudinis patrocinium, sed sancta, jubens honesta, & prohibens contraria: Andr. Gail. lib. 2. Obs. 88. n. 3. nec alicui jus suum auferre sine gravi publica necessitate & utilitate §. 2. *Insl. de his quisq; vel alieni iur. sunt.* atque onera æqualiter distribuere: hæc enim potestas honesta præcipiendi, turpia prohibendi, communisque & singulorum iura tuendi legislatori data est, ergo con.

contrarium effectum non debet operari; Quandoque tamen Legislatori, & Statuentibus obrepit error, ut non tam ex proposito, quam humana fragilitate iniqua constituant, quæ tamen non obligant: nam illud duntaxat justum est, quod a Justitia fonte manavit. Dicitur tamen iniqua constituta lex, vel statutum, non relatione facta ad id, quod Legislator fecit, sed quod facere ei convenit, arg. L. pen. ff. de J. & J. Sunt autem iniqua statuta, que Legibus superiorum contrariantur. Inferiori enim in superiorem non est potestas. Si tamen Princeps talia statuta confirmet, novum illa robur accipiunt, & censentur esse Principis, L. I. §. 6. C. de vet. Jur. Encl. Et quia omnis Legislator respectu Dei est subditus, hinc ejus quoque statuta & leges iniquitatem sapiunt, quæ sunt contra jus naturale & divinum positivum, prout consuetudo etiam est iniqua, quæ est contra jus gentium, & naturale. Hinc statutum disponeas, ne uxor de suis bonis sine consensu mariti possit testari, non valet, & justitia obstat. Gail. lib. 2. obs. 117. n. 1. Licet in Republ. Lubecensi hodie tale statutum vigere is testetur, alleg. loc. Sic etiam iniquum est statutum, quo legitima liberorum, non quidem minuitur, sed prorsus tollitur, quatenus etiam excludit necessariam alimentationem, utpote quod repugnat juri naturæ, & hinc iniquum est arg. §. 1. Inst. de J. N. G. & C. Gail. lib. 2. obs 93. n. 2. & cod. lib. obs. 121. n. n. Quod de statuto dictum, idem de consuetudine dicendum, exemplum est in Autb. bona damnatorum, Cod. de bon. damnat. ubi damnatur consuetudo, vi cuius fiscus vindicabat bona naufragorum, & ita dominis immercidentibus auferebat jus suum, atque afflito, contra humanitatem addebat afflictionem. Similis iniqua consuetudo vigebat quondam in Germania, qua judices res furtivas sibi addicebant,

bant, quam postea improbavit Carolus V. Imperator. Iniqua vero talia statuta, non aliunde trahunt origine in, quam ex imperitia statuentium. Legum enim & statutorum justitia a juris & rerum humanarum peritis est petenda arg. pr. Inst. de Codicill. Hinc graviter impingunt, qui sine prudentibus rem publicam administrant. An autem lex iniqua permit-tens, injusta sit habenda, infra §. 22. dicetur. Hic tantum hæc pauca attingere volui, ratione causæ efficientis remotæ, ob-staculorum, justitiae parantia. Nunc ad causam efficientem propinquam dictorum obstaculorum & impedimentorum gradum proinmoveo.

Ubi primo occurrit *Judex*, qui sèpissime causa efficiens corruptæ justitiae merito audit. Quemadmodum enim bonus judex justitiae sacerdos appellatur, L. 1. ff. de iust. & jur. per metaphoram, & ob similitudinem quandam: ut enim sacerdotes sacrorum & religionum sunt interpretes, ita & juris consultus, sive judex boni & æqui: Et quia in pr. Inst. proem. ImPerator dicitur, *juris religiosissimus*, inde colligere licet, quod etiam detur religio juris; religiosus enim per religionem est, & dicitur; Unde amplius patet analogia cum veris Dei Sacerdotibus, cum sicut hi, ita & illi sunt religio-nis custodes. Imo, quia Deut. 1. Judicium Deo tribuitur, idcirco judices sunt, Dei ministri, & sic merito analogici Sa-cerdotes. Quo facit in alleg. L. 1. d. J. & J. subjecta ratio: *Justitiam enim colimus, & equi, & boni notitiam profitemur, eorum ab iniquo separantes.* Porro boni viri nomine insignitur judex in Legibus nostris L. 137. §. 2. ff. de V. oblig. ex qua lege colligitur, quod judex, & vir bonus idem sint & convertantur, secundum Baldum in L.

cate-

cetera. ff. famili. berusc. vid. l. 18. ff. Jud. solv. L. pen. ff. de proc.  
 Unde quando in jure nostro simpliciter sit mentio boni viri,  
 ut in Legibus proxime alleg. & L. 6. & 70. ff. pro soci. per ex-  
 cellentiam accipitur id, pro judice tanquam in significatu fa-  
 mosiore. Hinc sequitur, quod judex PIETATE, DEXTE-  
 RITATE, VERACITATE, & JURIS SCIENTIA excelle-  
 re debeat. Can. statuimus dicitur. l. 14. Cod. de judic. Nov.  
 60. in fin. Nov. 82. Eique debet inesse duplex SAL, SCIEN-  
 TIAE & CONSCIENTIAE. Zœl. ad ff. de judic. n. 26. Nam  
 quando duo litigantes accedunt ad judicem, non alio fine, &  
 fiducia hoc faciunt, quam quia sperant illum pronunciaru-  
 rum secundum eum, qui justiorum habet causam, quod sie-  
 ri non potest, nisi sit conscientius, verax & Jurisperitus. At-  
 que ita gloria regni est, reperisse exquisitos judices, inquit  
 Carpz. Decis. ior. n. 8. qui merito Sal Civitatis compellari  
 possunt. E contrario malus judex est religionis juris per-  
 uersor, mysta injustitia, & Diaboli vivum mancipium. Quod  
 ultimam, ita prodo: Qui alterum inique laedit, eique jus su-  
 um interveneret, tenetur ad restitutionem & reparatio-  
 nem damni omni jure, tam naturali, vid. Puff. de officiis & C.  
 libri 1. cap. 6. §. 4. quam divino, Exod. 22. itemque canonico.  
 c. 4. de R. J. in otio & civili leg. alleg. qua non subsecuta, ve-  
 nia peccati haud datur, quippe quæ non contingit nisi corre-  
 ctio & poenitenti c. 5. de R. J. in otio. Sed quomodo quæ so-  
 pœnitere potest, qui præcepto de altero non laedito,  
 non satisfacit? quam tamen poenitentiam Deus requirit?  
 Nunc autem Judex homines iniquis suis sententiis laedit, ju-  
 ra perfecta intervertit, ergo tenetur ad restitutionem & re-  
 parationem damni, quæ quia ignominiosa est in oculis homi-  
 num, idcirco difficilis, imo perversa naturæ, ne dicam plane

impossibilis. Inde manifestum redditur, in justum semper & firmiter teneri diaboli laqueis, quibus tandem trahitur ad infernum. Videant ergo judices, quam sanctum, quam grave, quamque periculofum sustineant munus, in quo pro offsa saepe totam suam abliguriunt substantiam, & lucra aliis erupta eorum onerant animam atque conscientiam, quin etiam alienorum delictorum, quæ dissimulant, se faciunt participes, & eorum sunt causæ efficientes morales.

## §. VI.

Si in *causas impulsivas* internas tantæ malitiae in judice inquiramus, in promptu sunt multæ. Prima & principalis est, quod ejus animus in perversa inclinet, & omnis Dei timor ex animo sit eliminatus, sit Atheus practicus, atque dicat in corde suo, non est Deus! unde fluit, quod nec sui munieris originem, nec cuius personam sustineat, noverit. Cum enim omnis potestas sit a Deo, Rom. 13, per se patet, Judicem in terris sustinere vicem Dei, ejusque nomine judicare. Bodin. *Diff. de barratar*, Sect. I. §. 1. qua ratione etiam a religio psalmista dicitur Deus, & L. 12. *Cod. de Judic.* Judices dicuntur divini: Ergo debet judicare sicut Deus, scilicet secundum ius naturale, ius divinum positivum, & iusta superiorum statuta, quæ ipsa sunt medium effectus Dei. Sed quis hac considerat, dum animus obfuscatur affectibus pravis? unde concludo: cum initium sapientia (non solum divina, sed etiam humana) sit timor Domini, deficiente hoc, deficit in judice sapientia, & sequuntur errores, vid. St. Nathen. *de iust. vulnerata lib. 1. tit. 6. cap. 1. n. 2.* Ex quo apparet, verum esse, quod gloria regni sit, exquisitos reperisse judices, ut supra §. 5. ex Carpz. retuli.

## §. VII.

Secunda causa impulsiva interna judicem ad justitiam impellens, est habendi cupido habendi, sive AVARITIA, quæ efficit, ut judex justitiam venalem habeat, & vel munera dantui, favorabilem, vel minus danti, odiosam proferat sententiam juxta versic :

Qui habet in nummis

Der macht recht was frumm ist.

Quod ipsum vero nihil aliud est, quam commercium rei sanctissimæ, quæ privatorum arbitrio non subjacet, sed est juris publici ; Est venditio & permutatio justitiae, rei nullo pretio nummario estimabilis. Nec inter est, an judex quid accipiat per se, an per alios, utpote uxorem, liberos, domesticos : quod enim quis per alium facit, per se fecisse putandus est, & dum is non prohibet dictis personis munera a litigantibus recipere, ipse per alios accipere videtur, L. i. Cod. de Crim. repet. quin & consentit, qui prohibendo non impedivit, L. 18. ff. mand. Nam hodie Judices rarius per se munera accipiunt, frequentius autem per uxores & domesticos, ut eo occultius procedat, nec ita in oculos incurrat corruptio, de quo corruptione plura in effectibus dicam.

S. VIII.

Sed numquid judex poterit accipere honorarium aut xenia ? Sunt quidam qui putant, quod judex modica minuscula, videlicet esculenta & potulenta, quæ intra paucos dies consumi possunt, cuius generis sunt capo, lepus, cuniculus, perdix, salmo, aut varia vinorum genera, recipere possit, allegando L. 18. ff. de offic. presid. vid. Strauchii Diff. de jure sacerdotaliorum. Ast ego respondeo, quod nec xenia nec honoraria

B 2

vel

vel minuscula, judicibus accipere licet. In allegata namque L. 18. licuit quidem Praesidibus in ea Provincia in quam milii fuerant, a provincialibus accipere xenia, hoc est escu-  
lenta & potuenta, que proximis diebus absungi possunt, ad sublevandam familiam; cum enim longe abessent a laribus  
domesticis, difficilis res necessarias in primo adventu instru-  
ere poterant, hinc tanquam hospiti extraneo advenienti in  
gratiam & testificationem lati accessus, ejusmodi xenia ipsis  
exhiberi permittebatur. Brun. ad all. L. 18. Cui simile est, quod  
hodie legatis Cæsareis per civitates Imp. transuntibus soleant  
esculenta offerri, *An Wein / Fischen und Haber.* Stryck  
*in not. ad Lauterb. Tit. de Crim. Repet.* Sed hoc Judici non est  
permisum, quoniam & esculenta eundem movere possunt in  
partem unam vel alteram, atque apta sunt pervertere ejus  
animum. Wissemb. d.t. Th. 12. Et profecto quando causam ha-  
bens apud judicem, donat dicta esculenta, hoc ipso obligat  
judicem ad gratitudinem, animumque ejus inclinat; unde  
jam olim Angel. in L. 2. ff. de condit. ob turp. caus. dixit:  
*Si totus mundus veniret, non posse se credere, quod si una pars*  
*det, & alianon, Judex danti non sit naturaliter favorabilior.*  
*Imo non dans habebitur aliquali odio;* Et si aliud non faciet ju-  
dex, saltem aliquamdiu stabit, & instructet dantem & ei dabit  
gratiosas dilationes, & parti non danti nocivas. Hoc namque  
stragemate vitur diabolus, ut in bonos animos non statim  
irruat, sed sensim & pedetentim illos labefactare conetur.  
Nec tamen inde sequitur, non peccare Judicem, qui munera  
accipit, modo non male judicet, prout aliqui e numero  
Doctorum putant: Nam generaliter legem hanc pre-  
scripsit Deus Exod. 23. v. 8. Deut. 16. v. 19. *Non accipies perso-*  
*nam nec munera:* & addit rationem, quia munera excoecant

ocu-

oculos sapientum & mutant verba iustorum; solum ergo sufficit periculum & metus futuri mali, ut Judex abstinere debeat ab acceptione numerum, ne scil. in perversum rapiat sensum & ab eo quod justum est declinet, cum fieri haud possit, ut incorruptus maneat, cuius oculis munera obversantur & aciem obtundunt. Unde & indefinite dicitur. *Job. XV. v. 34.* Ignis devorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt. Et illi vita æterna promittitur *Prov. XV. v. 27.* qui prorsus odit munera, non qui tum demum ista respuit, quando male faciendi aut judicandi inde captat occasionem. Qua ratione etiam Samuel de se prædicat *I. Sam. XII. v. 3.* Si quemquam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si manu cuiusquam munus accepi, restituam illud vobis. Non dicit si munus accepi, ut opprimerem, sed simpliciter, si munus accepi illudque se restituturum, promisit, ut significaret, per se turpe esse, si judex munera accipiat. Hinc *Syrach. c. 20. v. 13* ait. Sie legen denen Weisen einen Zügel ins Maul daß sie nicht strafsen könnett. Quam obreni judex etiam ab omnibus ejusmodi xenii seu muneribus abstinere debet, quoniam unusquisque judicum, salario suo solummodo contentus & ab omni avaritiae suspicione alienus esse debet, ut nunquam videatur ob quaestum pronunciasse & sententiam tulisse *Can. 65. quaest. 3. Conf. L. 4 ff. ad L. 1. l. 1. repet. & L. 3. C. eod.* sed manus puras habere istum convenient. *Nov. 17. c. 5.*

**§. 2.** Nam si contra Leges judicat, injustus est, si secundum Leges judicat, etiam in justus est, dum ingratus existit & obligationis Leges offendit, quas ad virtutem natura prodidit *L. 25. §. 11 ff. de petit. hered. Spilcker in Synops. proc. jud. propos. 9. in med.* Si enim remunerare ita judices licet, inescata illi lucri spe, darent lites secundum locupletiores potius,

tius, quam pauperiores, quorum tenuitas lucri spem  
præscindit. Ant. Matth. de Crim. Tit. de pec. repetund. c. i. n. 8.  
Ant. Perez in Cod. ad L. Iul. reper. vid etiam omnino Aut.  
Des lustigen Juristen p. mibi 347. & seq. qui ita non solumver-  
re sed etiam eleganter dicit. Die Armen werden bei  
solchen Richtern/ so gerne Geschenke nehmen/ insge-  
mein unterdrücket/ und wenn ihnen schon das Armen-  
Recht eingestanden wird/ so richten sie doch nichts aus.  
Wie solches auch einst ein Nothdürftiger erfahren/  
der in einen Proces gerieth/ und da er kein Geld zu Be-  
zahlung der Gerichts-Kosten anschaffen konte/ sich in  
das Armen-Recht legen müste: Als er aber den Proces  
verloren/ und einer der wohl wusste, daß er eine gerech-  
te Sache gehabt/ zu ihm sagte: wie habt ihr denn eine  
so rechtmäßige gute Sache verliert können? Antwor-  
te er; es macht, daß ich das Armen-Recht gehabt/  
und nicht das Reiche-Reicht! Et porro: Wenn aber et-  
wa wegen eines begangenen Verbrechens ein delinquent  
zur Haft gebracht wird/ und er nicht sonderlich viel  
zum besten hat/ so wird demselben/ um den gemeinen  
Mann dem Schein nach zu zeigen/ daß man die Gerech-  
tigkeit handhabe und die Ubelthaten deterrire, stark zu-  
gesetzt/ so daß der arme Fuchs öftermals gar mit den  
Balge bezahlen muß. Wenn aber der delinquent Geld  
hat/ und sich dem Priester mit Geschenken und Gaben  
zeigen kan/ so wird die Strängigkeit der Strafe sol-  
cher gestalt gemildert/ und das Verbrechen nach des  
Verbrechers Beutel/ *juxta proportionem arithmeticam*, so  
richtig abgemessen/ daß es weder Leib- noch Lebens-  
Straffe nach sich ziehet/ sondern der Verbrecher frey-

ausge-

ausgehet. Diejenigen / welche bey Gerichten zu thun gehabt / und die sonst wegen eines Verbrechens der D-  
brigkeit / (oder vielmehr einen solchen geizigen Richter) in die Hände gerathen / können hievon ein lebendiges  
Zeugniß ablegen / und wenn sie auf ihr Gewissen befra-  
get werden solten / wie es bey Ausführung ihrer Sache  
ergangen sey / müsten sie eihellig bejennen / daß es wahr  
sey / was man zu sagen pleget :

*Munera credere mihi, placant hominesque Deosque.*

*Nummus ubi loquitur, Tullius ipse tacet.*

UND

*Munera das summis usq[ue] ad summum emittuntur.*

*So wird wohl recht was frumum ist.*

*Munera si non das.*

*So wird wohl frumum das Recht was.*

denn : *Accusativus si venerit ante Tribunal*

*proficit in nibilo, si venerit absque dativo.*

S. IX.

*Quaritur hac occasione,anne judex deposito officio re-  
munerationem accipere possit? Sunt quidam, qui ad hanc  
quæstionem affirmative respondent; Mih[ic] vero negativa  
non solum videtur verior, sed & æquior, per clarum textum  
in L. fin. Cod. ad L. Iul. repet., qui hac quæstionem affir-  
mant, errant magnopere, inquit Brunnen ad dict. Leg. Ve-  
tant porro ejusmodi remunerations non solum Recessus  
Imperii, sed etiam expresse judicibus interdictisunt: in dem  
Cammer-Vistitations-Abschiede de anno 1713. S. 46. Wie-  
wohl man nun ic. per verba: So wird von wegen Ihrer  
Keyserlichen Majestät auch Churfürsten/Fürsten und  
Stände des Reichs/denen Presidenten und Beyfigern  
hiemit*

hiemit ernstlich anbefohlen/ daß ihrer keiner/ seinen theuer  
er geleisteten Eyd zu wider/ indenen an Cammer-Gericht  
rechtes - hängigen Sachen/ weder durch sich selbst/ noch  
die Seinigen, einiges Geschenke oder Nutzen/ es sey vor  
oder nach ergangenen Urtheil/ unter was Schein oder  
Vorwand/ und durch wem es auch gebothen werden  
möchte/weder directe noch indirecte anzunehmen Macht  
haben soll ic. *Quae verba non solum Assessoribus & Judici-  
bus Camerae, sed & omnibus in Imperio judicibus instar le-  
gis praescripta sunt.* Sicut igitur judicibus omnino interdi-  
ctum est, aliquid muneric accipere, ita multo magis illis mi-  
nime convenit pro acceleranda justitia, aut abbreviando  
processu aliquid exigere aut recipere. Menoch. *de Arb. I. Q.  
Cas. 342. n. 26.* Nic. Boer *Decis. 153. n. 2.* Hoc enim ad officium  
judicis pertinet, ut quantum possit, lites terminet. Ergo ven-  
di non potest id, quod judex ex officio praestare tenetur. Me-  
nochius equidem *de A. I. Q. 12 cent. 4. cas 343. n. 8.* putat, id,  
quod ita Judici datur, illum non censeri datum, ut corrum-  
patur. At negari nequit, etiam hic vitium corruptionis sub-  
esse, tum quia propter pecuniam facit judex, quod ex offi-  
cio facere debebat, & quidem in gratiam dantis, tum quia  
sic facile ad protractandos processus quoconque alias adfue-  
fiat, nisi quid ad eos accelerandos offeratur; quo pertinent  
verba Gregorii Magni apud Gratianum *can. 66. caus. n. qu. 3.*  
quando inquit: *Qui recte judicat, & premium inde expectat,  
fraudem in Deum perpetrat: quia iustitiam, quam gratis im-  
pertiri debuit, acceptatione pecunia vendit. Bonis male uituntur,  
quo pro temporali lucro judicant. Tales quippe ad veritatem,  
non iustitia defensio, sed amor premii prouocat: quibus si spes  
nummi subtrahitur, confessim- a iustitiae confessione recessivat.*

Acc.

*Acceptio nummorum prævaricatio veritatis est vid. etiam Cell.*  
*Bargal. de dolo lib. 3. c. 9. n. 104.*

## §. X.

Tertia causa impulsiva justitiam in judice pervertens, est ignorantia, atque error juris & facti. De ignorantia facti, non multum ero sollicitus, cum facta etiam prudentissimos & peritissemus sepe fallant. *L.2. ff. de jur. & fact. ignor.* Hæc ignorantia judici vix, ac ne vix quidem imputabitur. Si tamen rerum humanarum adeo esset imperitus, ut negotia non intelligeret, nec circumstantias factum mutantes di-gnoscere valeret, omnino hæc imperitia ipsi imputabitur, imo talis, ad judicandi munus promoveri non deberet, per *Nov. 82. pr.* Nam jus judex debet applicare factis, prout circumstantiae exigunt: hoc autem facere non valet, nisi utriusque accuratam habeat cognitionem, ut videlicet sciat, quodnam jus cuique facto conveniat. Hinc judicis, iuris alias peritissemus, plerumque maximus labor in facti cognitione consistit. In quo tamen sepe latissima culpa errat judex, quando causas propositas, non sufficienter examinat, sed præcipitanter ad sententiam properat, eam ferendo contra non satis auditos *Carpz. p. 1. Conf. 26. def. 12.* Ubi conqueritur, hoc seculo vitium istud deplorandum esse, cum plerique judices pro animi sui levitate, vel ambitione, ne scilicet imperitiores ex deliberandi mora videantur, re non sufficienter perpensa, vere tumultuarias sententias festinantes effutiant, dum mane accepto processu, vesperi litem terminant, ut ipse eleganter loquitur. Ex qua præcipitantia, facile conjecturanda est insufficiens cauſæ, hæc controversiæ & facti cognitio, si-ne qua tamen sententia proſus est nulla, per jura a *Carpzov.* allegata. Hinc maxime sui officii memor esse debet judex, cau-

C

sam

sam diligenter audire, post auditas allegatorum probationes & defensiones, aliaque eo spectantia, plena inquisitione discutere, & utrinque facta allegatorum collatione, per maturam deliberationem item terminare, secundum veritatem, Legibus, Constitutionibus, statutis, aut rationabilibus moribus præscriptam. L. 9. C. de judic.

## §. XI.

De juris ignorantia major est quæstio & dubitatio inter Doctores, an scilicet ignarus juris possit judicis officio fungi? Quam disquisitionem claris legum & Doctorum autoritatibus decido negative. Nam pr. *J. de offic. jud.* inquit Imperator Justinianus: Imprimis illud observare debet Judex, ne aliter judicet, quam legibus, aut constitutionibus, aut moribus proditum esse. Unde ita concludo: si judex obligatus est judicare secundum Leges, & constitutiones, debet utriusque, & facti & Legum habere accuratam cognitionem: quomodo enim quæsto applicabit illud jus ad factum, quod ignorat? Quod etiam sana ratio dicit, & juri naturali convenienter est. Justinianus sane Imperator in Nov. 82. pr. existimat, non oportere babere judicum nomina maxime Legum ineruditorum, deinde neque causarum habentium experimentum, & paucis interpositis ita pergit: Quoniam non maximum vitium erit Reipubl. non eis, qui ex se, quod agendum sit, sciant, lites tradere, sed sinere eos querere alios, a quibus licet discere, quæ ipsos in judicando eloqui deceat. Unde & Plato sapientem præponi optat Rebus publicis, & tum eas fore beatas, dicit. Quibus consonat ipsum jus Divinum, Deut. 1. v. 13. & seqq. ubi Moses inquit. Schaffet her weise/ verständige und erfahrene Leute/ unter euren Stämz.

Stämmen / die will ich über euch zu Häuptern setzen.  
 Et v. 18. Da nahmich Häupter eurer Stämme / weise und  
 erfahrene Männer / und schickte sie über euch zu Häu-  
 ptern &c. hisque accedit quod Syrach. dicit; opifices, rustici  
 & Legum ignari non sedebunt super sellam judicis. Quæri-  
 tur hinc porro : An ne ullo jure ac lege judex imperitus sic da-  
 ri ac constitui possit? Sane plerumque hoc casu Doctores  
 quasdam sibi singere solent distinctiones, atque discernunt  
 alii judicem minorem, ab eo qui assessoris consilio utitur, il-  
 lumque imperitum & ignoranter esse posse, affirmant, dum-  
 modo assessorum peritum habeat, non etiam cum solus &  
 per se judicat. Alii simpliciter negant, jurium ignarum  
 officio judicis fungi posse, inter quos est Exc. Dn. Bodin, quo-  
 rum sententia, si ad rationes officii judicis exigatur, calculo  
 rite subducto evitari vix potest. Quid enim aliud est, judi-  
 candi muneri præficere rudem imperitum quam præliis imperitum  
 pugnandi ducem, navi ignarum navigandi gubernatorem, viam monstrandi cœcum? Ante  
 omnia enim observanda est iustitia ejusque haud fucata exe-  
 cutio, qua nihil reperitur sanctius, nihil quod plus præsidii  
 ad Reipubl. perennitatem felicitatemque afferre possit, vid.  
*Postdisp. de judice imperito.* Cum quibus omnibus concor-  
 dat Recessus Imperii Noviss. de anno 1654. atque clare dispo-  
 nit, quod imperitus ad munus judicandi admitti nondebeat.  
 ¶ Wie aber zur Verhüten &c. verb: und ferner erinnern  
 auch ernstlich hicmit und Kraft dieses/ daß Churfürsten  
 Fürsten und Stande (quo etiam Civitates liberae Imperia-  
 les pertinen) Dergo Gerichte mit qualifizirten Leuten/ also  
 bestellen sollen und wollen &c. Damit sich niemand dar-  
 wider zu beschweren/ oder um so viel weniger zu befla-  
 gen

gen daher Ursach nehme/ als wören dieselben in Reich hin und wieder dermaßen übel besetzt/ daß man sich bey ihnen in rechtl. und andern wichtigen Sachen einer gleichmäßigen Billigkeit zuwenden nicht zu versetzen habe/ und dahero ans Cammer-Gericht zu appelliren gedrungen werde.

Sed qua hodierna rerum est facies? Licet bonorum judicum laudibus nihil detrahatur, cum Papiense tamē merito conqueror, quod multis in locis, justitia saepe per boves, lupos & ignorantes administratur. Imprimis in patria mea, pessima atque Legibus contraria invaluit consuetudo, ut judez inferior, vulgo Stadt-Woigt/ vi Recessus de anno 1682. Cap. 4. e numero Senatorum semper eligatur, & non attendatur, utrum habilis sit, nec ne, utrum peritus & Legum gnarus, an imperitus, cum tamen dictus Recessus non aliter intelligentius sit, quam si inter Senatores inveniantur persona habiles: neque enim citatus Recessus jus naturæ, civile, divinum & Recessus Imperii auferre potest. Et deberet utique magistratus allegata jura, nec non comminationem, qua habetur in memorato Recessu noviss. Imperii §. 109. curate observare, ubi dicitur: Wann sich auch aus denen an hemeldeten unsern Kayserlichen und des Heil. Reichs Cammer-Gericht durch *appellation* oder sonst eingehachten Rechtfertigungen entweder von wegen Ersetzung der Gerichte oder *administrirung* der Justitien/ einiger Mangel/ oder sonst in *facto* genug verificirret befinden würde / daß aus des Richters Ungeschicklichkeit od. r Unerfahrenheit/ auch Versäumnis/ corruption, oder Bosheit/ zu jemandes prejudiz, Nachtheil und Schaden geur-

geurtheilet und gesprochen/ das Recht versaget/ oder verzogen worden wäre/ so soll gegen der schuldhafften Obrigkeit so wol/ als den geordneten Unter-Richter gebührende Bestrafung fürgenommen und durch unsern Kayserlichen Fiscal zu Einbringung solcher Straffe/ wie sich gebühret verfahren werden: Ipse etiam glorioissimus Imperator Carolus V. in Conf. Crim. art. 138. conqueritur: Es sind viele Richter/ die die Rechte nicht gelernt haben/ und durch Unwissenheit die Leute beschweren. In causas ejusmodi ignorantia si inquiramus, invenimus illas præcipue in neglectu studiorum academicorum, de quo conqueritur B. Brun. in Proc. inquisit. C. 3. inquiens: Mali hujus in perniciem, oppressionem & subversionem salutis publicæ tendentis, multæ sunt causæ, scilicet dissoluta vita academicæ, secundum maximam partem helluationibus potius, quam liberalibus studiis dedita; nec non in Jur. Ecclesi. lib. 1. c. 5. ubi scribit: quæ sit vita Academicæ, omnes novimus, malum ita inveteratum, ut vix emendationem admittat, nisi Principes evangelici communicatis consiliis, hanc bestialem licentiam peccandi ex Academiis eliminaverint, & inter Academias omnes quædam unio fiat, ac confœderatio qua ratione disciplinam Academicam utrumque restaurari posse spero. Optimum equidem consilium, quo Reipubl. nihil utilius fere reperiri potest; verum illi, quibus datum, id raro amplectuntur, potius in aulis Principum reperiuntur, qui petulantibus studiosis, post vitam Academicam transactam humeros supponunt. Sed neverint hi, quod postquam flos decidit, fructus nullus sit secuturus, studioſa vero juventus est flos, &

C 3

spes

spes Reipublicæ hac ratione facile evanescit. Deinde sèpius  
judicandi muneri admoventur, qui plane universitatem nul-  
lam adiverunt, vel ibi obiter saltem jura tractarunt, genuina  
fundamenta spreverunt, fiducia tamen, & arrogantia studio-  
rum suorum, talia affectant, quæ utiliter sustinere non val-  
ent, qui omnes de imperitia tenentur: Nemo enim  
affectare debet id, in quo intelligit, vel intelligere debet,  
operam suam aliis damno futuram §. 7. *Inst. de L. aquil.* Non  
postrema quoque hujus mali causa, est effectus consanguinitatis, & affinitatis, nec non officiorum jurisdictionalium re-  
demtio. Namque haud infrequenter ii, quibus præcipua  
cura Reipublicæ post Principes & Dominos incumbit, filios  
vel consanguineos, itemque affines præfeturis, aliisve officiis  
juri dicundo destinatis præficere adlaborant, etiam si sciant,  
eos esse ineptos: Hinc sèpe contingit, ut dum quis officium  
quoddam obtinere non potest, præcipui cuiusdam ministri  
filiam, vel consanguineam ambiat, & per illam obtineat ex-  
petitum munus, quasi res sit dantis propria & pro dote consti-  
tuatur. Quam sèpe quoque dativus prævaleat nominativo,  
totus mundus novit, dum officia publica jurisdictionalia pre-  
tio venduntur, si non palam, saltem clam, licet principes  
atque Domini territoriorum forsan nihil inde recipient,  
avari tamen Ministri sacratissimam justitiam ita solent pro-  
stituere, & ineptas personas dictis officiis intrudere, ex quo  
contingit, ut omnium rerum ignaris, & non solum legum  
expertis, sed & omnis honestatis vacuis, committantur  
officia & dignitates. *Zoel. ad L. Jul. repet.* Objici hic posset  
*L. un. Cod. de suffrag. ubi permititur, Principis Ministro aliquid dare pro suffragio.* Sed Resp. per istam legem haud evinci  
nundinationem officiorum jurisdictionalium, loquitur e.

nim

nim illa de talibus negotiis, quæ a mera Principis gratia dependent, non de causis justitiae, & administrationis. Zof. ad Tit. ff. ad L. Iul. de ambil. n. 4 qui codem loco legem allegatam iniquitatis incusat, tanquam ab hominibus avaris, judiciorum vendoribus improbissimis, & non christianis profectam, quam aliqui melioris cerebri omissam mallent.

Add. L. B. de Lyack, Vol. 1. Rep. 23. n. 35. scqq. §. XIII.

Cum ergo Judex debeat esse peritus juris, quæri potest, qualis in illo requiratur peritia, quantaque diligentia in applicatione juris ad factum? Respondeo breviter tantam exigui peritiam, quantum communiter probi & eruditii juris consulti, similia officia & munia gerentes, habent: Exactissimam enim scientiam exigere meo iudicio est impossibile. Plura qui hac de re desiderat, adeat illum Thomasm, in Diff. de usu pract. act. adversus judic. imper. judicant. §. 17.

§. XIV.

Quarta causa impulsiva impediendi justitiam, sunt affectus amicitiae, favoris & inimicitiae, quibus vitiis si laborat judex, suspectus dicitur. Hinc nemo potest esse judex in causa propria. L. 10. ff. de jur. dict. & licet in privatis negotiis pater filium & filius patrem judicem habere possit, juxta sententiam Africani in l. 77. de judic. id tamen procedit, si adversarius consentiat, arg. l. 6. q. recept. arbitr. & l. 11. C. d. judic. Idem statuendum est de affinitate, nam affectio videatur pervertere judicij sinceritatem: eadem quoque est ratio inimicitiae; quia judex inimicus semper censetur ad laeden- dum inclinare. Ita quoque affectibus videtur præoccupatus, qui consimilem causam habet cum illa, in qua judicare de-

231

debet, *arg. C. 2. X. de Test.* quia in aliorum causa non aliter judicabit, quam prout sibi jus dici vellet. Idem dicendum, si judex commodū, vel incommodū per directum, vel indirectum ex causa judicanda sentiat *L. 17. ff. de judic. L. un. Cod. ne quis in sua causa judic. juncta L. 1. §. 11. quand. appelland. st.* Eodem modo suspectus est judex, qui ante in ea causa fuit testis, vel advocatus, aut procurator. *c. 36. X. de appellat.* Cum non presumatur adversus ea dicturus, quam ante hac defendit. *Zoël. de Judic. n. 27.* Et quia eadem militat ratio in omni judice, tam ordinario, quam delegato, utrobique eadem etiam obiinet juris dispositio. *vid. L. 16. C. de judic. L. 4. Cod. de jurisd. judic.* ubi post litem contestatam non licet recusare judicem ordinarium, ergo ante illam id licebit, *c. 61. X. de appellat.* Aliter tamen sentit Zoël. atque omni tempore recusationi locum esse, afferit, idque recte, nam quilibet judex toties recusari potest, quoties causa justa recusationis adest, & nemo cogitur pati judicem, qui sibi est suspectus, & inimicus. *C. quod suspecti. 7. causi. 3. quest. 5. & L. 16. C. de judic.* *vid. Zigl. Tr. de offic. jud. Concl. 14. §. 12.*

*S. XV.*

Denique ex parte judicis; iustitia objicitur obstaculum ex eo, quod non intellecta genuina juris ratione, sequatur cerebrinam aequitatem, id enim accommodatissimum est medium pervertendi iustitiam, dum quisque animi sui sententiam suam sequi, commentitia aequitate leges infletere, eisque illudere studet. Omnino equidem in legum interpretativa applicatione observanda est ratio, quae dicitur anima legis, quae, ubi adest movet illam & sustentat; verum hoc intelligendum est de ratione adaequata Zoël. *ad tit. ff. de LL. n. 57.* quae utique pro lege est, & ubi ista reperitur, ibi ipsa lex

lex ejusve dispositio lœcum invenit. Zœl. ad Tit. ff. ad SC. Trebell. n. 95. Ex ista enim ratione colligitur mens legislatoris, quæ prævalet nudis verbis, atque in ista maxima pars interpretationis requiescit. Attamen hæc ratio non est confusa a quovis, sed in ipsa lege expressa. Zœl. alleg. loc. vel ex rationabili consuetudine, vel etiam ex historia juris collecta. vid. Bodini Diff. de judic. male proced. ib. ii. Quando ergo judex secundum hanc rationem jus dicit, secundum legem iudicat, ad quam adstringitur tanquam ejus minister. Præcipue autem sequatur rationem naturalem, nam jus naturale a civili tolli non potest. Nec putandum est, jus naturale tolli a jure Civili, quando hoc propter publicam utilitatem, a regula juris naturalis recedit, dum utraque citra Reipubl. convulsionem observari nequit, de qua re hic amplius differere non vacat. Interim judex quando sua æquitatis arbitrium legibus præfert, eandem violat, dum ei dominatur, cui servire debet arg. c. ult. de R. J. in oto imo partem litigantem laedit, dum jus ipsi a lege qualitatem eidem auferit. Idem judicium esto, quando judex opinionem Doctorum præfert autoritati & manifeste rationi legis.

## S. XVI.

De stultitia judicium adhuc multa essent dicenda, quoniam ista non minimum obstaculum iustitiæ præbet; sed quia hæc ex præmissis facile cognosci possunt, idcirco unicum tantummodo exemplum de quodam absurdo, & Legum ignaro judice in medium proferam. Adibat aliquis me jubente, propter graves minas Judicem, perens, ut is ratione officii sui, reum non solum citaret, sed etiam ad cautionem de non offendendo præstandam adstringeret: Judex autem ad petita actoris, loco administrationis iustitiæ, respondebat. *Istius  
D  
zuthum?*

zu thun? der Mensch will euch nicht fressen: und wo sollte ich dazu kommen und den Mann cu'ren und caution besellen lassen? wenn sich die Leute unter einander nicht braff schelten/ krazen und schlagen/ so bekommen wir wenig Straff- Gelder; wir haben dieses Jahr/ leyder Gottes: ohne dem noch nicht viel bekommen. Sed melius foret, prout quidam Ictus inquit: daß man solche Richter zu Ochsen und Schweine-Hirten mache / als daß man einen solchen Tölpel das Amt eines Richters gebe oder lasse. Nam quemadmodum felix est Res publica, si gaudet talibus curatoribus & administratoribus, qui plusquam paterno amore cives prosequuntur, qui diligentem eorum curam gerunt, qui pro illorum salute vigilant, & nocteque dieque solliciti sunt, ut subditi vitam agant placidam & tranquillam; ita e contrario labefactatur & corruptitur Res publica, quando stulti, luxoriosi, discordes, raptore, injusti, avari magistratus illam regunt& in ea dominantur, quia eos, quibus praefecti sunt in munere & officio, miserrime vexant, cum potius ex sacra scriptura in memoriam sibi revocare debeant verba Syracidis, Cap. 4. v. 9. Errette den, dem Gewalt geschicht/ von dem der ihm Unrecht thut/ und sey unerschröcken/ wenn du urtheilen sollst.

## §. XVII.

Post judices, inter causas obstaculorum justitiae rectissime etiam referuntur Advocati, Procuratores, ut & litigantes ipsi. Quantumvis enim laudabile sit munus Advocatorū, qui gloriose consili munimine, laborantium spem, vitam & posteros defendunt, dirimunt ambigua causarum fata, suæque defensionis viribus in rebus sepe publicis & privatis, lapsa erigunt, fatigata reparant, & non minus provident generi

neri humano, quam si præliis, atque vulneribus patriam parentesque salvarent, prout Imperator loquitur, in *L. 14.*  
*C. de Aðvocat. divers. Judicior.* Et inventum est, ait Carpz.  
*part. 1. Conf. 1. def. 18.* Advocatorum officium, ut lites dirimantur, amicitia inter homines conservetur, litigaturis succuratur, qui suum tueri, & causam dicere ignorant; At vero non raro id in abusum trahitur, dum causidici ambigua causarum fata non dirimunt, sed protelant & sufflaminant, conscientias hominum pervertunt, & judiciorum sanctitatem cautelis, technis, atq; perjuriis contaminant, hominibus persuadent, non amicabilem compositionem, sed lites, rusticos contra Dominos incitant, longa verborum farragine lites producunt, quas paucioribus & nervosis verbis citius potuisserit finire, quandoque dum in causa vincere desperant, mendaciis pugnant, clientemque ad mentiendum instruunt, atq; unice illud intendunt, ut marsupia sua farciant. Quaritur ergo hic, quasi in parenthesi, an *Advocatus*, cui reus confessus est crimen a se commissum, illum salva conscientia defendere possit? quod negandum puto: Neque enim delicta, in quæ judex ob legitima indicia inquirit, occultare decet, & officium *Advocati* consistit in defendendis innocentibus, vel saltem in indagandis ac probandis circumstantiis, propter quas poena mitiori delinquens afficiendus est. *arg. L. 14. §. 1.*  
*C. de Judic. Rec. Imperii de anno 1654. §. 43.* Late, pie ac prudenter hac de re agit *Jac. Schultes obf. for. 45.* ubi intra alia *n. 2.* ex *Bernardo Glosatore* hæc adducit: *Solent Advocati dicere clientulis, si hoc confiteberis, causam perdes, neque interim monent, si negaveris, animam perdes:* & *Jac. Bouricius de Adv. offic. c. 40.* scribit: *Illud autem Advocatus præcavebit, ne clientem ad mentiendum instruat, quod magno errore alio*

D 2

qui

qui sibi licere arbitrantur : Id enim bona conscientia facere non potest &c. Et porro : Tantisper si enim captivis clientis commisera-  
tione motus, omnes ingenii nervos intendere, omnemque move-  
re lapidem & possit & debeat, ut cum periculis extimas gripiar-  
que, intra limites tamen juris ac honestatis continere se debet.  
Advocatus, neque propter ius ac fas aliquid moliri, ut pannis me-  
riis subtrahatur is, qui non tantum proximum, sed & Rempubl-  
perniciose loquitur exemplo.

## §. XVIII.

Cum antea dictum sit, Advocatorum malitiam etiam  
versari circa cautelas, hinc non immrito queritur: an Ad-  
vocatis uti liceat cautelis, ad obtinendam victoriam? Sans  
de cautelis integri tractatus extant, qui malis Advocatis occa-  
sionem graviter delinquendi praebent, imo tanquam haere-  
sin sapientia continentis, & ad gehennam edificantes a quin-  
busdam damnantur. vid. Stryck, ad Brun. J. C. lib. I. c. 6  
membr. I. §. 20. Ego autem distinguendum puto, inter cautelas  
ordinatas ad deceptionem alterius, & inter ordinatas ad præ-  
cavendas technas adversarii, & quæ contra ejusdem neglig-  
gentiam adhibentur, qualem suppeditat Berlich part. I. gel.  
38, n. 106, quæ tamen tam in bonam, quam malam partem  
accipi potest, pro ut nimis adhibetur cum dolo, vel sine  
dolo. Illis cautelis, quibus adversarius dolore inducitur in  
perniciem juris sui, sine gravi conscientia lesionē & iustitiae  
detimento uti nemo potest : Cum enim Advocatus  
non minus quam judex, sit sacerdos Iustitiae. L. 1. ff. de Jus.  
& Jur. neminem utique laedere debet, sed iustitiam colere  
æquum ab iniquo separare, adeoque causam sui clientis ma-  
lam, quandocunque certo id animadvertisit, deserere tenetur,  
arg. L. 6. §. 1. de offic. prof. & si uteretur Advocatus technis,

decidi

deciperet judicem simul ac partem. Has vero cautelas, quibus quis callide obviet fraudibus adversarii, ad eas excludendas, omnino admittendas sunt, hoc enim est providi Advocati, arque dolus bonus. Zos. ad Tit. ff. de dol. mal. n. 1. In Causa quoque, cuius iustitia est dubia, facile haec quis admittet. Sed queritur ulterius, an non in causa bona, quam ad vocatus certo scit bonam, metiens vero, ne diurno processui involvatur, possit uti cautelis, ad accelerandam victoriam? Respondet Brunnen. alleg. loc. hanc cautelam forte non male adhiberi, ut fraus adversarii, qui spem in aeternitate processus collocat, excludatur, sed quando causa mea mihi ipso videtur maxime dubia, aut iusta, certe tunc conscientiam meam vulnerarem, & lethalem culpam contraherem, & sententia viatrix maculam conscientiae inureret: & si in bona causa cautela adhiberetur, ad supplantandum adversarium, non vero ad excludendam fraudem, dicit securius esse conscientia, si quis justam causam justis mediis defendere. Quam sententiam sequitur quoque Zos. ad Tit. ff. de pecc. n. 13. eamque probat per Can. ne quis sit cum seq. caus. 22. qu. 2. ubi omne mendacium rejicitur, etiam pro defensione innocentis. Veruntamen a vero non aberraturum puto illum, qui cum Augustino, in alleg. causa distinguit, inter mendacium & inter veri occultationem: siquidem aliud est falsum dicere, aliud verum tacere. Mendacium est, si aliter loquimur, quam mente cogitamus, quando nimis alterius habet, ad cognoscenda animi nostri sensa, tunc enim apud nos est obligatio, ad ea manifestanda. Non autem eadem ad est obligatio manifestandi & indicandi innocentem, qui ab iniquo invasore queritur ad mortem, vid. Puffend. de officio b. & C. lib. 1. c. 10. § 3. 7. 8. & seqq. Nil igitur quidquam prohibet.

bcp

D 3

bet 1

bet, Advocatum & clientem posse uti technis, &, ut cum Zos, paulo ante alleg. loco, loquar, cornicum instar impetere oculos injusti adversarii. Quod nullo magis verum est, quando quis convenitur ab iniquo actore nullo jure subnix, cum sic pro reo insuper stet favor defensionis.

## S. XIX.

Licet autem munus Advocatorum sit nobile, gloriosum & humano generi maxime necessarium, attamen non improbi duntaxat Advocati, sed & imperiti & minus experti illud quodammodo deturpant, quando huic indignese intrudunt illi, qui nulla plane jura in universitatibus didicerunt, *indem verdorbene Handwerks Leute / Schreiber und Notarii &c.* Advocaten abgeben wolle[n]. Vid. omnino Carpz. p. 1. C. 1. def. 18. Quod & contingit, quando cruda adhuc juvenum studia in forum protruduntur, vel vitio parentum, vel proprii sua arrogantia, dum nondum percepta se percepisse putant, & non audita aut lecta scire sibi persuadent, imo vix Jurisprudentia a limine salutata, & nullo viva voce audit, ad forum admitti postulant, sape suo proprio malo. Olim studio juris præstitutum erat quadriennium, postea Justin. Imp. in Confut. omnem d. concept. Dig. definivit quinquennum, quod etiam in ordinatione Camer. Imp. de an. 1555. p. 1. tit. 3. & 2. diserte fuit approbatum & confirmatum, ita ut nisi quis probasset, per tantum temporis spatium se juris studio operam dedisse, non admittatur in numerum Advocatorum. Add. L. 3. §. 4. Cod. de Adv. divers. Jud. Hoc enim studio emenso Julianianus ait, juvenes, omnibus legitimis arcannis reseratis, maximos inveniri oratores & justitiae satellites, & judiciorum optimos tam athletas, quam gubernatores, in omni loco avoque felices. S. 6. d. Conf. Sed solent objicere, quod

quod disciplina juris in meliorem & faciliorem formam hodie sit redacta, quam olim erat, idcirco sufficere triennium, vel brevius tempus. Verum contrarium assertunt Doctores vid. Zoes, in pref. ad ss. qui ita loquitur: *Quod tempus, si ista etate, qua mores, & jura, & verba civilia erant notiora, & faciliora perceptu, fuerit statutum, quis erubescet hac etate, qua horrere spinis videntur omnia de jure ab antiquis prodita, quis inquam erubescet, quadriennium in hoc studio transfigere?* Et sane quia juventus ad precipitantiam est prona, hinc juvenes factum quandoque minus recte capiunt & in considerate illud in judicium deducunt, unde multe moræ, frustanei sumptus, & molestiae processus creantur. Præterea malitiosi litigantes sæpiissime peccant, factum, ut in veritate se habet, non narrantes Advocato, putantes sibi aliquid præsidii inde accedere, cum tamen hi contrarium effectum reperiant, nimisrum ut causam perdant. Hinc cautus Advocatus clientem urge-re debet sub obtestatione conscientiæ, ut omnia, quæ ad factum pertinent, fideliter emarret: *Quandoquidem vero nihil omnino celare clientes debent, sed advocationi suum aperto pectore secretorum suorum omnium consciuum atque participem reddere, non poterit non hic insignis perfidiae reus esse, si manifestare ea, & parum fido pectore effutire, haud vereatur.* Namque sic prævaricationis crimen, gravissimum scil. justitiæ impedimentum, committitur ab Advocato, si non solum secretorum propalator, sed etiam proditor ipsius causæ fuerit, multo magis, si parti adversæ simul a consiliiis sit. Merito hinc XII. Tabb. Legibus cautum fuit: *Patronus, si clienti fraudem faxit, sacer esto.* Sacer autem hic idem est quod execrandus, ut probat Ziegli, in Rabul. cap. 25.

S. 12.

*non scribo certe in aliquo annulo, non scribo certe in aliquo annulo*

S. XX.

## §. XX.

Non minima etiam causa est nec tendi moras litium, quando Advocati plura causarum patrocina, ex initia avvia sibi suscipiunt, que rarer ob multitudinem sufficienter praefare non possunt, unde lites cum maximis clientium incommodis producere coguntur, non sine remora iniustitia, cum enim ad causas susceptas rite pertractandas adstringantur, non deberent operam suam prioribus clientibus subducere, & posteriorum negotia alias committere. Hac quoque referendum est improbum pactum de quota litis, quando scilicet causidicus suscepta lite, societatem futuri emolumenti paciscitur, ut loquitur Ulpianus in L. i. §. 12. ff. de extraord. cognit. Idem reprobatum est in jure nostro. L. 53. ff. de pactis L. 7. ff. mand. L. 5. Cod. de postul.

## §. XXI.

In causa praeterea materiali hærent obstacula, dum multitudo litium efficit, ut iustitia, prout convenit, administrari non possit. Quanquam enim iure naturali nemo, nec in minimo sit ledendus, & suum cuique, etiam modicum, tribuendum, sepe ratione Leges humanæ, supposita malitia humana, lesiones permittunt, & iustitiae administrationem recte degant. Nimirum a Deo Republica & ejus incolamitas, tanquam bonum aliquod universale, Superioribus commissum est, quod utique preferendum est particulari. Quando ergo contingit, & utrumque simul servari non possit, sed unus jactura sit facienda, potius illud servandum, hoc patienter dimittendum. Contingeret autem illud presumndari, si culibet privato, ob quamlibet circumstantiam, & ex qualibet causa, etiam minima, administraretur iustitia. Nam sic Santa excresceret litium moles, ut omnes judices non sufficerent

cerent eis cognoscendis & determinandis, omnes civitates, omnes domus &c. arderent litibus; & quia per ejusmodi iurgia hominum animi incenduntur odio & rancore, atque alia gravissima incommoda inde oriuntur, quæ recenset, Carpz. Part. I. conf. 1. def. 9. non potest non Republicæ detrimentum inferri ex multitudine litium. Hinc non inique permittuntur in jure nostro læsiones in contractibus, usque ad dimidium justi pretii, nec dantur actiones contra tales: & recte Carpz. alleg. loc. statuit, ob rem modicam litigantes a judiciis repellendos, atque poena arbitaria illos esse coercendos, ut alii sic perterriti, abstineant. Quod tamen cum grano salis accipiendum; nam ad eos, qui ex modicis salariis vitam sustentant, hoc non pertinet, quoniam judex his casibus tenetur sola veritate inspecta, de simplici & pleno procedere. arg. L. I. §. 1. & 2. ff. de extraord. cognit.

## §. XXII.

Queritur autem, an talis lex permittens læsionem, nec actionem concedens, sed eam manifeste denegans, sit justa? eadem quæstio est de judece, ob modicam rem, litigantes a judicio repellente: Videtur quod non: cum secundum can. 2. dif. 4. Lex debeat esse justa, honesta, possibilis, secundum naturam, utilis &c. nunc autem talis lex non videtur honesta, utpote contra jus naturæ, nec utilis, quia permittit læsionem. Respondeo autem cum Zos. ad Tit. ff. de LL. num. 7. omnino justam esse talem legem, & judicem, ob rem modicam litigantes repellentem non esse iniquum. Ratio, quia materia sive objectum hujus legis, non est opus malum, sed missio operis mali, quod bonum fieri potest, ex fine & intentione, scilicet salute

E

lute

lute Reipublicæ. Actus autem malus, ut talis, non est obiectum legis. Et commune brocardicum hactenus non evensum, etiam hic obtinet, nimirum, ad evitanda majora mala, minora esse permittenda. Probat insuper Zoës alleg. lac. hanc sententiam ex jure divino, Matib. 149. ubi libellus repudii a Deo fuit permisus, ob duritatem cordis Iudeorum

Quandoque tanta invalescit litium multitudo, ut iudex omnibus dirimendis impar sit, & quia ad Cameram imperialem ex toto fere Imperio lites confluunt, mirum non est, multitudinem hanc expeditioni plurimum obesse. Hanc igitur inter causas resero, quare in dicta camera lites diutissime durent: quamdiu enim aliquando du raverint, poterit videri ex Carpz. Part. 1. Conf. 1. def. 1. Scilicet dictus litigiorum numerus longe superat numerum & vires Assessorum, ut omnibus celeriter expediendis habiles non sint, quae de re jam pridem a Praeside & Assessoriis Camere querela mota fuit, ut videre est ex literis humillimis, pro supplendo numero Assessorum Camere & augendis salariis ad Cesaream Majestatem & Collegium Imperii Statuum Ratisb. missis de dato VVezlar d. 30. Jan. nec non 3. & 5. Martii anni currentis in quibus inter alia haec leguntur verba: Nun würde zur Beförderung der Justiz und der täglich sich häussenden Gerichts-Händel allerdingz und förderst höchsthöthig seyn/ die Zahl der Assessoren zichmlich zu erhöhen / in massen es öffnbar und ich der Cammer-Richter von Zeit meines geführten Ambris bezeugen kan / daß der Sachen so viel meistentheils sehr wichtig und schwer / der Parthehen

theuen allerhand Standes / Hoher / Mittelmässiger / Niedriger / auch Armer / so eine grosse Menge / der Überlauff täglich so häufig / darinnen sie auch ihrer Noht nach nicht zu verdencen / daß / wo anzusangen / und was auszusehen sey / fast nicht abzusehen und man den Mangel der Justitz-Administration, auch die Wahrheit des öfters hörenden Vorwurfs, daß die Cammeral-Processe keinen Ausgang gewinneten / selbst erkennen / aber bey Wenigkeit derer Assessoren und Arbeiter die Remedierung nicht verschaffen kan / sondern nur befeußen must &c. & porro: Ohne vermehrung der Assessoren sind die Justiz-Geschäfte der Gebühr nach zu bestreiten schlechter dings ohnmöglich / und vermag ich , der Cammer-Richter bey denen jährlich über 500. neu erwachsenen Proceszen / und denen noch ohnerörtert liegenden etlich tausenden / meiner Obliegenheit und dem von Ew. Kaiserl. Maj. zu mir alergnädigst geschöpfsten Vertrauen / wie Ich es wol wünschte / kein sattsames Genügen thun. &c. Ex quibus nunc satis appetet, quod ipsi Cammerales fatentur, litium multitudinem & paucitatem Assessorum esse magnum obstaculum justitia. De quo jam ante centum annos conquestus est Nobil. Feudista , Rosenthal. in Tr. de Feud. cap. 10. conclus. 43. n. 139. Et loquitur VVinter in suo Partenio litigioso. lib. 1. cap. 16. num. 4 & 5. de judicio Camerali fere iisdem in terminis, quando scribit: *Quamvis vero hoc judicium sit perfectissimum, iustitiae lumen & Columenta, Asylum colligantium oppressorum, domestice disciplinae, legum, morum, totiusque Reipubl. pr pugnaculum & in corruptissimum judicium Imperii dicasterium, quod cum nobis*

lissimis Gallie, Hispanie Parlamentis, totaque Italia Rota certare possit, unde & inferioribus Judicis instar speculi ad dirigendam justitiam normam atque formam proponitur. Deput-Abschied de anno 1600. zu Speyer §. die weil. Tamen hoc nostro malitioso seculo, omnibus Germanie admodum litigiosa litibus atque malitiae coercendis non est sufficiens, quidquid etiam dicat Matib. Steph. lib. 2. de jurec. p. 1. c. 1. memb. 2. num. 183. Vix audiendos esse qui pretendant Cameram Imperii esse imparem litibus Germanie dirimendis & decidendis. Ipsi enim Camerale fatentur, litium multitudinem esse causam ut L. properandum. 13. Cod. de judicio ibidem servari non possit. Test. Gail. 1. Obs. 14. num. 7. Sed optandum foret, ut præter hoc, non darentur adhuc alia obstacula justitiæ in Camera: præcit. VVinter in suo part. litig. alleg. cap. 16. narrat adhuc multa alia, quo lectorem benevolum remitto. Imperator equidem glorioissimæ memoriaræ Augustissimus Josephus. II. non parum cura impediret, ad ejusmodi obstacula justitiæ Cameralia et meo tollenda, ut videre est aus den Cameræ Visitations Abschiede de anno 1713. An autem intentioni Cæsaris jam sit factum, de eo adhuc dubitant omnes.

Cam Leges, quia casibus, pro quibus latet, & similibus applicari debent L. 12. cod. de LL. & Conf. finitæ sint, facta, vero, infinita, & circumstantiaz mire varient, facile contingit, ut factum adeo perplexum occurrat, cuius jus commode applicari non posse videatur, atque ita jus dicentem dubium reddat, multis disputationibus ansam præbeat, & diversas faciat proferri sententias, præsertim in nostro imperio, in quo tot diversa videntur jura, vid. supra. §. 3.

§. XXV.

Ex ipsa quoque Judiciorum forma obstacula atque impedimenta iustitiae proveniunt, quando modus procedendi est confusus, vel ita constitutus, ut inde protelationes litium fluant. Quod si quando (1) a judice incausis litigiosis, amicabilis compositio omittitur, qua tamen magno per ad abbreviendas lites conductit, Imo in *Recef. Imp. novis.* omnibus judicibus inculcatur. vid. §. no. ubi sequentia leguntur Zweyten soll der Richter erster *Infanz* die Parthenen/ in zweifelhaften Sachen nicht allein vor angefangenen Rechtsstand und *litis contestation*, sondern auch *in quaunque parte judicii*, durch alle dichtliche Mittel und Wege/ auch schiedliche Erinnerungen in Güte von einander zusehen/ und hiedurch alle Weitläufige kostbahr. Rechtesfertigungen zu verhüten sich befreizigen &c. Ast hæc amicabilis compositio lapud avoros judices est rara herba; hinc der Autor des lustigen Juristen pag. mibi 345. valde eleganter ait. die gütliche Bewegung/ ist bei solchen auf Geschenke und Gaben sehenden Richter nicht bekand/ sondern es muß viel mehr alles/ auch was von keiner *importance* ist/ zum ordentlichen Proeess verwiesen werden/ damit es nur Spottetia und Geschenke geben möge. Wann den schon eine Sache nach verlauff vieler Jahre endlich ihre Endschafft erreicht/ so will doch kein Bescheid oder Urtheil erfolgen bevor der alte *Livingant* demz Richter die Lahmen Hände geschmieret hat/ daß er die Feder zu Absaffung des Bescheides möge halten können &c. (2) Quando citatio non rite concipitur: nam hoc etiam apertissimum est remedium protelandi item, & ut alia omit-

tan, remoratur valde processum, quando scil. quis simpliciter citatur in iudicium, non sufficienter expressa causa. Nam tunc non tenetur Reus, utpote imparatus e vestigio respondere, sed petere & impetrare potest dilatationem deliberatoriam, cum æquissimum sit, ut prius se informet, cedere ne velit, an contendere, arg. L. 1. pr. §. 1. ff. de edend. (3) Quando nimis amplæ vel frequenter conceduntur dilations & multiplicantur feriæ; cum enim feriæ nihil aliud sint, quam dies judicialibus actibus vacui. L. 9. ff. de fer. & ad aliud quid agendum destinati. v. g. ad cultum divinum. L. ult. Cod. de feriis. c. fin. X. eod. vel ad hominum necessitatem, ut messem, vel vindemias, eod. cap. in fin. vel ad utilitatem, ut nundinas peragendas, L. un. Cod. de Commerc. vel ad aliam rem insignem celebrandam, L. 26. ff. §. 7. ex quib. caus. maj. nullo horum urgente, sine ratione conceduntur feriæ vel dilations, cum tamen lites non prorogari, sed expediri deceat. alleg. cap. in pr. L. 12. in pr. Cod. de judic. (4) Ratione exceptionum, tam dilatoriæ, quam peremptoriæ, procrastinantur lites, quando plures & diversas, diverso tempore, & successive opponere permitiuntur, quod quidem jure civili licuit, per L. 5. & 8. ff. de except. L. 20. & 42. ff. de R. f. quippe quæ leges omnes generaliter loquuntur vid. Struy. S. J.C. Ex. 46. 1b. 7. ex quo sequitur, quod Reus una exceptione remota ad alteram confugiens, longissime item protrahere potuerit, & litigatores sâpe triginta, quadraginta & pluribus annis sine interitu litis in exceptionibus fuerint versati. Carpz. p. 1. C. 3. def. 1. num. 2. Huc pertinet, quando litigantium, & Advocatorum luxuries non coegeretur intra certos terminos, sed conceditur excipendi, re-

pli-

plicandi, dupliandi, triplicandi, quadruplicandi & ulterius altercandi disputandique licentia. Et præsertim id hodie fieri solet in scriptis, in quibus prudentiam, & eruditio- nem ostentare volentes, multititudinem allegatorum cumulant, semel dicta sapienter repetunt, quod non modo nauseam Judici legenti creat, sed etiam onerat clientes, dum viso longo verborum & scriptorum apparatu, facilius inducuntur ad larga honoraria Advocatis solvenda. Non qui- dem prohibendi sunt Advocati allegationes jurium proferre, modo id modice fiat, *Goslarische Canzley. Ord-nung de anno 1655. §. 23.* sufficit enim una, vel altera, in causa, quæ difficilioris est cognitionis. Carpz. p. 1. C. 1. def. 4. (5) Etiam in ipsa litis contestatione hæret vitium, quando hæc generatim concipitur, v. g. nego narrata, prout nar- rantur, non addita speciali expressione punctorum, quæ negantur, ubi novis tunc opus est positionibus, ad elicien- dam specialem confessionem vel negationem, ut ita actor sit certus quid probandum sit nec ne, atque sic lis protra- hitur. (6) Obscurum Justitia injicetur in probationibus, quando scilicet litigantibus libere licet vagari, mox ad te- stes & instrumenta, mox ad juramenti delationem, recur- rere, ita, ut multo tempore in probationibus consumpto, iis deficientibus ad religionem conveletur, id quod jure civili etiam erat concessum *L. II. Cod. de jurjur.* Qua Lege etiam permisum est, prius juramentum in- ferre, postea, mutata voluntate ad probationes confugere modo id fiat ante litis contestationem, qua ratione processus sine dubio nimium protelatur (7) Gravissime circa for- man processus peccatur, quando in proc. inquisit. Ulti Gos- lariae usu servatur, ) Advocato fisci permittitur, vel potius

per

per decretum injungitur, ut defensiones inquisiti refutet. vid. Ludovici *Annot. ad Consit. Carol. V. artic. 73.* ubi ita inquit: *Queritur hic, utrum etiam in processu inquisitorio Iudex defensionem a reo oblatam ex officio refutare possit?* R. sp. *Quod quamvis sepe ab imperitis judicibus fiat, Legibus tam non nequit quicquam est consensaneum: Inquisitus enim, licet contra acta aliquid afferat, eo ipso tamen nihil efficere poterit, quamvis a judice, non refutetur.* Quam sententiam laudatus JCtus repetit in der Einleit. zum Peinl. Proc. Cap. 4. §. 8. Sed quid dicam? nonsolum Goslaria in processu inquisitorio contra juris ordinem servatur, verum etiam Fisci permititur, vel potius per decretum injungitur, ut ultimam positionem contra defensionem rei actis opponatur, pro ut mihi ante tres annos reum aliquem furti insimulatum defendant, contigit. Et licet omnia ad hunc casum spectantia jura, in scriptis proposuerim, nihil tamen hæc omnina effecerunt, sed in curia responsum fuit, quod hoc ibidem sit consuetudinis. Ast sane iniqua consuetudo, quæ nulla ratione nititur, sed potius omni juri contrariatur. Nam sicut in civilibus reo semper ultima positio competit, quanto minus Inquisito in criminalibus recessus ultimus denegari potest, quoqiam id favor defensionis, qui utique magnus in jure habetur, l. 125. D. R. J. postulat, vid. Guazzinus & Granius de defens. Inquisitorum ut & D. Igeri Diff. de odio Advocatorum Fisci merito atque immerito it. Ord. Cap. P. 3. c. 15. & seqq. Imo iniquum esset, reo auferre facultatem ulteriorem semet defendendi, quod ipsum jus naturæ prohibet, ut notant. DDes ad L. 12. ff. de dol. mal. & met. except. Ponamus autem, inquisito facultatem se defendendi per ultimam positionem Advocati Fisci

sci non auferri, tamen per hoc processus retardatur, & carceris molestia prolongantur, quod omnino aequitati & justitia contrariatur. (8) Non minima quoque litium favendarum causa est, & justitia obstat, quod nostro seculo in animam alterius juretur, cum tamen jusjurandum ad ipsum tantum qui jurat, pertineat. Propter grave enim periculum perjurii receptum est in iure nostro, ut nemo juret alterius nomine, quamvis moribus nostris aliud pessime sit receptum. Hub, Giphian. ad L. 39. §. 1. n. 15. de procurato. L. 4. & 34. de jurejurando. Litigator namque principalis melius cauæ veritatem scire, magis ex conscientia jurare, minusque pejerare presumitur, quam procurator: ille de lite propria, hic aliena jurat. Obrecht, de jur. Calum. c. 6. n. 20. (9) Porro circa executionem sententia adhuc notandum, quod justitia non recte administretur, quando judex eam retardat, cum tamen justitia majorem partem in executione consistat. Rul. de Commiss. lib. 2. c. 20. n. 3. Denique etiam (10) gravissimus abusus leuterationis, appellationis, & similium remediorum suspensivorum facit, ut haud raro naufragium patiatur justitia. Nulla enim tam sancta & justa pronunciari a judice inferiore potest sententia, quam perversi causidici non ut injustam & iniquam pessime proscindant, multisque cavillationibus pervertere studeant. Atque peccatur etiam interdum hoc nomine, quod vel ex affectu erga appellantem, vel odio erga judicem a quo, appellationes maxime frivole recipiantur, vel ipse judex inferior leuterationem sine causa admittat. Sane, qui non gravatus appellat, si aut gravare intendit, aut tempus redimere studet; non debet autem appellatio esse suffugium cavillationum, sed re-

F

fus.

fugium gravatorum. vid. VVinther in Partb. litig. p. 2. cap. 14. Accedit & hoc, quod per temerarias istas & moratoria frustrationes violetur obedientia superiori debita, impediatur juris executio & justitia cursus, injuria fiat judici, cuius sententia sine justa ratione reprehenditur, itemque adversario, cui non redditur quod suum est; injuria denique ipsi judici superiori, qui sine justa causa interpellatur. His igitur tot ac tantis delictis concurrentibus, recte exasperatur poena in delinquentes, secundum Rec. Imp. de anno 1654. §. 120. Conf. Textor. & Ludolph. Hugon. *Diff. de abusa appellat. tollend.*

## §. XXVI.

Causa finalis dictorum obstaculorum ex parte Judicis barattarii, & improborum Advocatorum est, ut manus sua farciant. Idem est finis eorum, qui officia ineptis hominibus vendunt. Ex parte eorum, qui inidoneos consanguineos ad officia promovent, intentio est, ut familia, non Reipubl. prospiciant: quo & tendit judex ex amicitia, favore &c. judicans. Imperitorum finis est, ut sacrosanctæ justitiae administrationem convertant in intempestivum acquirendi modum. Non quidem invidendum est Advocato lucrum, quod intendit & honor; finis tamen principalis & internus justitiae non est intervertendus.

## §. XXVII.

Effectus obstaculorum justitiae quod attinet, si variis sunt, pro illorum varietate. Imprimis enim, si considero obscuritatem, multitudinem & varietatem legum, statutorum, aut consuetudinum, animo occurrit, quod licet una sit justitia, nec eadem actio simul justa & injusta esse possit, contrarias tamen sequi sententias necesse sit,

pro

pro diversa legum interpretatione, quam sequuntur judicces, vel Assessores scabinatum atque collegiorum juridicorum. Unde enim est, quod dicasteria plura in eadem universitate, diversa & sibimet contraria ad consultationes edant responsa? nisi ex diversa legum & jurium interpretatione: Carpz. p. 4. C. 19. def. 13. & C. 47. def. 13. Quia igitur Serenissimus Saxonia Elector juri civili dubio & incerto, in multis casibus lucem affudit claritatis, ut ex Carpz. definitionibus forensibus patet, sequitur inde, in iis locis, in quibus jus Saxonum non obtinet, multo majorem esse difficultatem. Hæc etiam causa fuit toti relationum de casibus dubiis ad Principem, vel alium superiorem, ut Præfectum Prætorio Nov. s. c. i. vel Præsidem Provinciæ, L. 79. §. i. ff. de judic. olim factorum, de quibus est totus tit. Cod. de relat. quibus de jure dubio, non de facto, Superiores consulebantur alleg. L. 79. §. i. a judicibus inferioribus dubitantibus, quomodo jus in proposito casu esset dicendum. Diversa igitur jura in Imperio nostro recepta, causari diversitatem sententiarum, constat illis, qui norunt, diversas causas diversos producere effectus.

### §. XXVIII.

Quis sit effectus improbi & avari judicis pro pecunia judicantis, partim videre licet ex §. 6. & 7. Hic præterea notare placet, quod sententia pro pecunia a judge prolatæ, sit ipso jure nulla, sive tendat contra jus constitutions, quia judge jus majorum autoritate constitutum, mutare non potest. Perez. ad Tit. Cod. quand. prov. non est necesse. n. 4. sive contra jus partis prolatæ, cum sit a judge pro mercede data, merces autem nulla est rei inæstimabilis. Perez. ad Tit. Cod. de pœn. jud. qui mal. judic. n. 2.

F 2

Eo-

Eadem ratio etiam annullat sententiam æquam, & obtinet iste effectus, non modo quando datum est pretium a manu, sive hoc in pecunia, sive qualibet alia re consistat, juxta L. 5. L. 122. & 178. de V. sig. sed et si munus a lingua judex acceperit, pura si sententiam in favorem partis proferat, ut hæc pro illo apud Patronum intercedat, vel ut judex laudem inde ferat, nam etiam sic gratis non dat, quod gratis dare debebat. Item si munus ab obsequio intervenerit, scilicet servitium vel famularius exhibendus, ut ejus intuitu sententia feratur. arg. Can. sunt nonnulli. 114. Caus. 1. Qu. I. Eundem consequitur effectum sententia, quando judex consanguinitatis, affinitatis, vel alterius cuiusdam favore sententiam pronunciat. Præterea judex tale quid perpetrans efficitur infamis, & in solidam litis æstimationem parti, quam læsit, tenetur. L. ult. C. de pœn. jud. qui male judic. quin & Justinianus in Novella 124. cap. 2. constituit, ut judex pecunia corruptus quam eo nomine accepit, triplicem, & ejus, cuius promissio facta, duplum praefet, cingulo dignitatis insuper amissio: quod itidem constitutum invenimus In der Cammer-Visitation de anno 1713. S. 46. per verba: Wofern ne sich aber dennoch jemand so weit vergehen und sein Gewissen und Ehre dersmassen vergessen würde / daß er vor sich selbst (oder durch die Seinigen mit seinen Wissen) würckl. Geschenke annehme / oder sich etwas versprechen ließt / derselbe soll / wenn Er dessen überführt worden / nicht allein zu dreyfacher Entstättung des empfangenen / und zweysfacher Erlegung des versprochenen / zu des Fisci Nutzen / angehalten / sondern auch mit unverweiter Entsezung seines Ambs

Ambts angesehen werden / und seiner Ehren verlustig  
get seyn &c.

## §. XXIX.

Cum ante dixerim, sententiam pretio redemptam  
esse nullam, sequitur inde, quod judex pecuniam, quam  
pro sententia accepit, in conscientia restiture teneatur; si  
quidem ex nulla vel ex turpi causa eam tenet: est enim ta-  
le commercium nullum, nemo autem alterius rem sine  
justa causa & titulo retinere potest. Unde recte damnatur  
illa cuiusdam moralista sententia, statuentis, judicem  
pecunia corruptum & injuste judicantem, non teneri re-  
stituere accepta, quia injustitiam vendere non prohibetur,  
sed justitiam. Respondeo enim, qui justam sententi-  
am pro pretio dicere prohibetur, multo magis injustam  
pronunciare vetatur, quoniam judici gratis judicare sim-  
pliciter praeceptum est. Non enim licet judici vendere ju-  
stum judicium, eti licet aduocato vendere justum patro-  
cinium, & jurisconsulto rectum consilium, ut ait Augusti-  
nus can. 71. Caus. XI. q. 3. Sed cui restitutio aris erit facien-  
da? Non danti, utpote qui non minus male egit ac judex  
accipiens, licet dederit, ut in bona causa pro se sententia  
feratur; suspicantur enim jura etiam hoc in casu corru-  
ptionem L. 2. §. 2. ff. de cond. ob turp. caus. & vix potest  
dans non habere animum corrumpendi, ut hinc & dans,  
& accipiens crimen contrahant, adeoque dantem jura re-  
ctissime puniunt amissione ejus quod dedit d. §. 2. in fin.  
imo & totius causa, L. 1. Cod. de pacz. jud. qui mal. judic.  
Est profecto res mali exempli, si judex in bona etiam cau-  
sa quid acceperit, atque sic sententiam reddat venalem  
Can. 15. Caus. 14. Qu. 5. Et cit. Can. 71. Caus. 11. Qu. 3.

F 3

&amp;

& animi judicium ad corruptelam inclinentur. *V Vesenbec.* equidem in *Parat. ff. d. cond. ob turp. n. 3.* hoc in casu danti concedit condictionem; verum obstat illi *l. 2. §. 2. d. t.* veluti notat *Hahn. ad V Vesenb. d. t. n. 3.* Nec objici potest, quod is qui dedit, involuntarie dederit ad re dimendi *injustam vexationem*, negatur enim quod dans involuntarie dederit, cum ipse potius constringat judicem sponte dando, ut pro se pronunciet. Neque causa dantis propterea bona est, quod ille hoc existimet, sed nihilominus potest esse *injusta*. *Hahn. ad V Vesenb. cit. loc. ubi predicta etiam vera esse statuit, si tertius judici dedit in hunc schem, ut alteri jus tribuatur.* His ergo positis restat, ut Fisco tribuamus ea, quae *judex turpiter accepit*, quia adest delictum & turpe lucrum, qualia lucra regulariter fisco vindicantur, non enim æquum est, ut quis scelere suo datur,

## §. XXX.

*Quando judex ex ignorantia facti male judicat, id est, antequam in facto sufficienter informetur, sententia istud est nulla, ut supra dictum: ut & si partes quidem audivit, sed ex imperitia contra jus constitutionis pronunciar, ex ratione §. proced. data.* *Contra jus partis vero prolata sententia non quidem est nulla, quia publice interest, non convelli rerum judicatarum autoritatem L. 65. §. 2. ff. ad Sct. Trebell. Perez. Tit. Cod. de pœn. jud. mal. judic. n. 1.* *Judex tamen item suam facit, id est, perinde habetur, ac si sua lis esset, & ei, cuius interest, in tantum tenetur, in quantum pro ratione erroris admissi æquum religioni judicantis videbitur, non tamen infamia notatur, quia hoc casu dolo caret.* *Perez. alleg. loc.*

## §. XXXI.

## §. XXXI.

Quanta mala redemptio officiorum publicorum jurisdictionalium inferat Reipublicæ, per se considerant patet ex §. II. Effectum vero malorum Advocatorum qui scire cupit, adeat Ccrpz. P. I. C. I. def. 18, qui ab iis totas civitates litium ignibus incendi, & conflagrari dicit: Ideo Ferdinandus Advocatos non misisse in Indiam dicitur, ne litium semina eo mitteret. vid. Diss. Arnold Mauriti Holtermanni de *Nequitia Advocatorum*. Quod attinet imperitiam Advocatorum, notandum est, quod hi confundant lites, & protrahant in multis sape annos, quæ optime una hora componi potuissent. Carpz. alleg. loc.

## §. XXXII.

Effectus obstaculorum ex causa materiali & formalí descendentium unus est, nimirum protractio litium, vel justitia interceptio, ut ex superioribus & sequentibus liquet. De causa finali jam supra actum fuit, adeoque transeo ad contraria.

## §. XXXIII.

Sunt autem contraria illa media, quibus jam dicta obstacula tolluntur. De jure civili adversus obscuritatem LL. promptium erat remedium, scil. relatio; sed quia postea Justinianus animadvertisit, per eas justitiae remoras ponit, novissimo jure relationis istiusmodi usum sustulit, jubens, ne judex amplius referat ad Principem, sed proprio Marte causam examinet, & quod ipsi justum legitimumque videatur, decernat: quia si alteruter litigantium ea decisione se laedi existimet, facile poterit ad provocationis remedium confugere, vel si id non faciat, videtur sententi-

am approbare, quæ & exemptioni mandanda est. Nov. 125.  
c. i. & Auth. Novo jure. C. d. retat.

## §. XXXIV.

Unde queritur: an post dictam Novellam penitus sublatum sit jus relationum. Perez. ad Tit. Cod. de relat. n. 6. inquit: moribus locorum quorundam id adhuc juris esse, ut in pagis & oppidis minoribus, judex eorum locorum ad magistratum urbis majoris acta remittat, ut is examinatis ipsius cause meritis, judicem inferiorem instruat, doceatque, qualiter & quomodo sententiam ferre debeat. Alii putant, hoc jus omnino sublatum esse: Alii hoc negant, & tunc deum prohiberi statuunt, quando judges se labore exonerare, vel odium evitare cupientes, causam ad Principem referre presumunt; Quam sententiam probabiliorem existimo, dum causam finalem alleg. Nov. 125, in pref. inspicio; quæ hæc est: *Ne scilicet dilationes negotii ex hoc frant, & aliud rursus examinationis principium accipiant.* Ubi supponit Imperator, causam in facto non sufficienter fuisse examinatam. Et profecto non potuit Imperator judicem obligare ad sententiā ferendā, quando plane examinato negotio, ejus iudicium dubio suspensum est, quale jus in negotio applicare debeat, intellectus enim non satis instructus non recipit imperium. Quare sic concludo, quando Judge in factu dubius est, non licet referre ad Principem, alleg. Nov. quando autem de jure dubitat, permissa utique erit relatio, ob dictam rationem. De eo autem prorsus non ambigo, quod, si extra litem judge de jure dubitet, quid in casibus contingentibus sit pronunciandum, possit a Princepe authenticam petere interpretationem. Sed numquid pro-

protelatur lis, quando hac pendente refertur ad principem? Resp. secundum proposita negando, id enim proxima accipi non debet, quod causae necessitas exigit. Ceterum, diversa a jam dictis sunt relationes hodie usitatissimæ, quibus judices inferiores, post sententiam latam, a qua appellatum est, referunt ad Superiorem, se appellationem interpositam receperisse, vel rejecisse & quare id factum fuerit. Struv. Synt. J. C. exc. 50. th. 5. Verum adhuc aliud justitiae investigandæ remedium hodie introductum est, scilicet transmissio actorum ad collegium iuridicum: melius enim invenitur, quod a pluribus queratur. Et hæc transmissio in nostro Imperio per Ord. Carol. artic. fin. in causis criminalibus absolutæ videtur esse necessitatis: Quamvis non sine causa ab hoc recedat Exc. Dn. Böhmerus in *Introduct. ad jus Digest.* Tit. de questionibus. §. 21. quando inquit: Non tamen precise necessarium est, desuper JCtos extraneos consulere, uti nec tunc, quando sententia definitiva ferenda. Quamvis enim in Carolina sanctione quinquagesies septies hoc inculcatur, id tamen pro ratione temporis intelligendum, ubi criminalia iudicia non erant tot Assessöribus & eruditis viris stipata, uti hodie in plurimis iudiciis. In iis itaque ubi adhuc Assessorum copia deficit, uti in plerisque civitatum & Nobilium iudiciis, aliud dicendum.

## §. XXXV.

Contra multitudinem legum in Germania petatur remedium ex Disp. Dn. Engelbrecht de causis impediti bactenus felicis successus tentata in Germania emendationis administrationis justitiae & Exc. Dn. Thomasii Diff. de emendatione administrationis justitiae.

G

## §. XXXVI.

## §. XXXVI.

Contra Judicis & Advocatorum iniquitatem præsentissimum est antidotum, si quoniam sui exactam habent notitiam, & vivacem memoriam, cogitent se Dei judicium exercere sepositis omnibus sinistris affectibus, in solum Deum & justitiam respicientes, id quod Justinianus optime ordinavit in L. 14. Cod. de judic. præcipiens, ut omnes judges, romani juri disceptatores, non aliter litium primordium accipiant, nisi prius ante sedem judiciale sacrosancte deponantur scripture, & ha permaneant non solum in principio litis, sed etiam in omnibus cognitionibus usque ad ipsum terminum, & definitivæ sententia recitationem: & quidem causam finalem ibi hanc addit Justinianus: Sic enim attentes ad sacras scripturas, & DEI præsentia conserrati, ex majori præsidio lites diriment, scutari, quod non magis alios judicant, quam ipsi judicantur, cum etiam ipsis magis, quam partibus, terribilitate judicium est: siquidem litigatores sub hominibus, ipsis autem Deo inspectore adhibito, causas proferunt trutinandas. Quæ constitutio utinam hodie observaretur, forte judges, Advocati, Procuratores & ipsi litigantes Deum intuentes, ab avaritia, technis, & aliis justitiae obstaculis abstinerent; Verum quia maledicatos homines Dei memoria a peccatis non deterret, poenis sensum illorum affici, & hoc modo peccandi pruritum extingui deberet. Judicibus sane barrataris in LL. XII. Tab. præstita erat poena gladii, Textus enim ita sonat: *Judicem arbitrumve jure datum, qui ob rem dicendam accepisse pecuniam convictus erit, capite punito.* vid. Rittersh. in Comment. ad LL. XII. Tabb. Claff. 2. c. 5. Optandum igitur foret, ut hac poena adhuc hodie in usu foret,

ret, quo tales judices ( qui fere Athei dici merentur ) saltem metu temporalis supplicii ab istiusmodi delictis abhorre discerent. Idque non injuste; quoniam talis judex non melioris conditionis habendus est quam fur, imo potius pejoris, vid. Autor des lustigen Juristen qui pag. m. 349. ita scribit. Und selbst der Richter / welcher sich solcher Gestalt bestechen lässt / begehet nicht allein einen schädlichen Mehn-Eid / indem er bey dem Antrit seiner Bedienung / auf die Gerechtigkeit und deren Handhabung / auch der Annahmung der Geschenke sich zu entäufern geschworen hat / sondern auch einen unverantwortlichen Diebstahl, in Be- tracht er der einen Partheye dasjenige entziehet und abspricht / was derselben von Gott und Rechts wegen zukommt &c. Idecirco Xenocrates, dum furem aliquem ad patibulum ductum vidit, non in congrue dixit, *quod magni FURES, minores morte damnarent.* Arnisæ. doct. polit. C. 15. p. m. 155. Quapropter Leges adversus tales ju- dices, poenam potius exasperare, quam mitigare debe- rent, nec justitia adversaretur, si illi poena laquei, tan- quam fures, punirentur: quoniam non solum Reipubli- cae interest, ut civitas malis hominibus purgata, pacata atque quieta maneat, Ulp. in L. 13. pr. ff. de offic. pre- sid. & Paul. in L. 3. ff. cod. sed & ut poena unius sit metus multorum. L. 1. Cod. ad L. Jul. repet.

## §. XXXVII.

Inveniuntur enim hodie judices adeo inverecundi, ut postquam favorablem sententiam pro eo, qui pecuniam promisit, pronunciaverint, per famulum suum gratulentur

promissori suo, de sententia ista, in memoriam ipsi revo-  
cantes promissum, ut scilicet illud præstetur, quasi dicant;

Ich gratulire dir zu diesen Bescheid/

Bringe mir aber das versprochene in der Zeit.  
 Optimum igitur expediens esset, si unsquisque Princi-  
 pium consilium Jethronis sequeretur *Exod. XIX.*  
 das sie sich umsehen unter alle ihren Völker / nach red-  
 lichen Leuten / die Gott fürchten / wahrhaftig / und  
 dem Geist feind waren & jurisdictionem committerent  
 studitis atque per usum quotidianum approbatis viris, exem-  
 plio Galliae, in qua Reip. per regiam potestatei prospect-  
 um est, ut domini jurisdictionales judices habeant peritos,  
 saltēm Licentiatos, aut Baccalaureos in jure, sunt verba  
 Tholos. Lib. 4. de Republ. c. 6. n. ii. Quod utinam in  
 omnibus Germania provinciis fieret, nec directores justi-  
 tiae grossioris Minervae adhiberentur, sic enim non tanta  
 litium multitudo, nec tot intricati existerent processus.  
 Justitia quippe minister iustus est & fidelis, perpetua virtute  
 nititur, verus absque fuso, idem ipsa absens, qui præ-  
 sens, bonis favet, malos castigat, calumnias averatur,  
 NUGAS & mendacia fugit, quin nec detracta-  
 toribus aures præbet, vel facile credit, cum singulis quiete  
 vivit, in concordia & pace, suo contentus, honoribus vel  
 divitiis non inhiat, justam & modestam vitam agit, in  
 DEBITIS SOLVENDIS non MOROSUS, contentionum & litium fugax. F. Cerial. in Tr. de Conf. & Con-  
 siliar. not. ii. Sed quia Principes, Ministris hanc curam  
 relinquunt, idcirco sepe inepti, improbi Phormiones, in-  
 docti, & rerum humanarum imperiti, in officiis publ. mi-  
 scello vulgo obtruduntur.

§.XXXVIII.

## §. XXXVIII.

Contra iudicium præcipitiantiam suppetit remedium Græcorum, qui, cum ad sententiam urgerentur, antequam de causa liqueret, respondebant, patres suos solem apud antipodes non vidisse, sed expectasse semper donec & ipsi oriretur, notante Carpz. p. 1. *Conf. 26. def. 12. n. 3.*

## §. XXXIX.

Adversus judicem porro suspectum, inservit recusatio ejusdem, qui locum habebit (1) quando judex inimicus aut (2) adversarii amicus (3) sordidus (4) nimis meticulosus (5) Imperitus juris vel (6) hæres a collitigante institutus est, item (7) si antea Advocatum in illa causa egit, aut (8) ejus filius adversæ partis patrocinium gerit, aut (9) ipse judex ejus commensalis.

## §. XL.

Contra cerebrinam æquitatem præmuniet se judex, si genuinam rationem legum investigaverit, eamque vel ex consuetudine, vel ex antiquitatibus perierit. Nam historiarum notitia, temporumque distinctio, bono & erudito Jure Cto necessaria est, quod nec in jure divino interpretando alienum erit, vid. Zœl. *ad tit. ff. de O. J.*

## §. XLI.

Advocati hominum animos pervertentes, perjuria suidentes, ab amicabili compositione dehortantes, lites protelantes, technis utentes, in Republ. plane non sunt tolerandi, vel certe coercendi. Carpz. p. 1. C. 1. def. 18. De Advocatorum numero autem restringendo, & certo salario iis constituendo, non dicam, quia mihi haec materia periculosa videtur, licet jam pridem tale remedium docti optaverint, quod tamen vix sperandum, Advocati vero,

qui jura non recte didicerunt, a foro sunt repellendi. Hinc in *Ord. polit. de anno 1612. tit. 3. §. besonders auch / sapientissime constitutum est*, ne admittantur Advocati, prius quam publicum testimonium suæ eruditionis in studio juris exhibuerint, vel aliter de illa fidem fecerint, vel etiam examen a præsidibus & Assessoribus judiciorum institutum subierint, *L. II. §. I. E. de Advoc. diversi. judic.*

## §. XLII.

Contra obstacula ex multitudine litium orta, non promptius est remedium, quam si de remodica litigantes a foro arceantur, secundum supra dicta. In imperiali quoque Camera jami pridem de medio hac in parte fuit deliberatum, sed non aliud inventum, quam ut Assessorum numerus, (uti ex allegatis Epistolis patet) augeatur, quod tamen hactenus executioni dari non potuit.

## §. XLIII.

Denique ex forma processus resultantia obstacula tolli poterunt, quando acculturior & compendiosior introducatur procedendi modus. Et quidem, ne per citationem protrahatur lis, cavitur in *Rec. Imperii de anno 1654. §. 34.* ut tenor libelli inseratur citationi, id quod in Camera imperiali adeo necessarium est, ut aliter citatus comparere non teneatur, nec contumax dici possit. Stryk, in *Intr. ad pr. for. c. 4. §. 13.* quod utile esset in aliis judiciis etiam observari. Idem *Rec. de anno 1570. §. Demnach sollen die gewöhnl. Termine, præcipit, ut omnes exceptiones una cum ipsa litis contestatione propoantur, vid. Carpz. p. I. C. 3. def. 13.* Ratione probationis jus saxonum juri civili prævalet, dum suscepitis probationibus, non datur recursus ad juramentum judiciale, illo enim jure ante litem contestatam,

vel

vel praesitam guarandam juramentum est deferendum, posse namque non auditur actor, adeo, ut protestatio vel reservatio juramenti hoc casum nil operetur. Stryck in *Intr. ad pr. for. c. 20. §. 3.* Hac de hac materia sufficient. Faxit Deus T. O. M. ut ea quæ in hac dissertatione inaugurali ex integro cordis affectu a me pro justitia promotione scripta sunt, non solum, Principes & civitatum gubernatores ad rectam, justitiae administrationem permovereant, sed ut etiam unusquisque improbus & avarus tam Judex, quam Advocatus & Procurator, in posterum ab omni iustitia abstineat, & cogitet, quod tandem Christo Salvatori nostro, de cunctis impiis actionibus, in die extremo exactissimas rationes reddere teneatur, atque perpendant, ea quæ Colonizæ in cœnobio Carthusianorum inscripta leguntur:

*Judicabit Judices, judex generalis,*

*Ibi nihil proderit dignitas Papalis,*

*Sive sit Episcopus, sive Cardinalis,*

*Reus condemnabitur, nec dicetur qualis.*

*Ibi nihil proderit quicquam allegare,*

*Neque quid excipere, neque replicare,*

*Nec ad Apostolicam sudem appellare,*

*Neque Codicillos Cæsaris citare,*

*Reus condemnabitur, nec dicetur quare.*

*Cogitatate miseri, quid & quales estis,*

*Quid in hoc iudicio dicere potestis,*

*Quo nec locus Codici erit, nec Digestis.*

*Idem erit Dominus, Judex, Actor, Testis.*

Quos

Quos rythmos totidem versibus, mira ingenii felicitate & elegantia, germanice ita expressit Caspar Stüler, dictus **der Spate** / Secretarius quondam secretioris consilii apud Dukes Saxe-Vinarienses, postmodum Ducis Holsatiae Consiliarius aulicus, in teutschen *Advocat.* lib. 1. cap. 13. n. 2.  
Der gemeine Richter wird alle Richter richten/  
Keines Pabstes Auspruch mag dann die Sache schlichen/

Bischoff oder Cardinal gelten hier mit nichten/  
Keiner der verbrochen hat / wird der Straff entfliehen.

Ganz vergeblich wirst du dann dir ein Recht bedingen/  
Einred / Antwort / Gegenwort nur umsonst vorbringen/

Kraftlos auf den Stuhl zu Rom mit Berufung dringen/

So wird mit des Keyzers Recht dirs auch nicht gelingen/

Keiner der verbrochen hat / wird Genad erzwingen,  
Sünden/sinnet was Ihr seind / wie Ihr euch bezeugen  
Wollet vor des Richters Bank / mit der Red und Schweigen/

Codex und Pandecten sind hier wie faule Feygen/  
Denn der Herr wird dann zugleich Richter / Klagen/  
Zeugen.

Cui Judici sit laus & gloria in eternum, atque in ejus nomine hujus Dissertationis.

FINIS



*Monsieur*

*L*a resolution, que vous aves  
prise, mon cher Frere, d'  
aspirer a la dignité Docto-  
rale, me donne infiniment  
de la joye, & l' amitié, qui a été entre  
nous depuis long tems, m' oblige de vous  
en faire mon Compliment. Le loue le  
dessein, que vous avés de prendre le  
bonnet & je blame l' exces de mode-  
  
*H* stie,

*ſtie, qui vous a retenu de recevoir plu-  
tôt les honneurs, dont on va vous com-  
bler & lesquels vous ont été dues de-  
puis long tems. Mais, vous n' avés  
pas été content, d' être persuadé seul de  
cette vérité, par cette raison vous en  
avés voulu convaincre tout le monde  
par une longue pratique, avant que d'  
accepter le juste pris de votre industrie  
& de votre mérite. Allés donc, mon  
cher Frere, & retournez heureuse-  
ment comble de Lauriers, dont Themis  
va vous couronner. Je suis*

*Monsieur*

*de Goslar ce 10. me d' Octbr.  
1719*

*Votre très humble serviteur*

*L. J. d' Uslar.*

Als  
Eben nach der Wein-Lese zu JENA  
*Tit.*

H E R R  
**Christoph Daniel**  
**Schmid/**

Juris utriusque Practicus, in der Kaiserl. Freyen  
Reichs-Stadt Goslar  
Noch  
vor der bevorstehenden großen PROMOTION  
in DOCTOR EM creiret

wurde  
Wolle deinselbem folgende Zeilen ein guter Freund glückwünschend  
nachzudenken.

---

**S**O hat die Themis sich als Göttin ein-  
gestellet/  
**S**Und wohnt in Saal-Athen der Trau-  
ben-Lese bei/  
Hat auch ein groß Festein den Freunden ange-  
stellet/  
Und sagt man das Herr Schmid dazu ge-  
laden sey.

So

So geh doch hin/mein Freund/die Trauben zu-  
genießen/  
Die deinem Mundern Geist vorlängst sind  
zugeschaut!  
Sie seyn durch heiße Tag' und sauren  
Schweiß Bergischen/  
Zu sonderbahrer Süß- und Reiftigkeit ge-  
bracht!  
Geh' / iß nach deiner Lust / und trinct dem  
Most der Ehren/  
Den ist in vollen Maas die Themis dir ein-  
schenkt;  
Ein Süßer Mund mag hier den Nectar drauf  
vermehren:  
Jedoch vergies nicht desß/ der deiner stets  
gedenkt,









Nur für den Lesesaal!



SL







DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA  
 DE  
**PRÆCIPUIS IMPEDIMENTIS**  
**VEL OBSTACULIS JUSTITIÆ** 32  
 VULGO  
*Von denen vornehmsten Verhinderungen  
der Gerechtigkeit,* 1719, 29  
QUAM  
 AUSPICIIS JEHOVÆ  
 RECTORE MAGNIFICENTISSIMO ACADEMIA  
 SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
**DN. GVILIELMO HENRICO**  
 DUCE SAXONIÆ JULIÆ, CLIVÆ, MONTIUM ANGARIÆ, GUEST-  
 PHALIÆ ETC.  
 EX DECRETO ET AVTORITATE ILLVSTRIS FCTORVM ORDINIS IN  
 FLORENTISSIMA AD SALAM ACADEMIA.  
 P R Ä S I D E  
*ILLUSTRI ATQUE EXCELLENTISSIMO DOMINO*  
**CHRISTIANO WILDVOGELIO**,  
 ICTO CONSUMAT, SFRENISS. DUCIS SAXO ISENACENSIS CONSILIARIO  
 STATUS INTIMO CURIÆ PROVINCIALIS ET SCABINATUS NEC  
 NON FACULTATIS JURIDICÆ ASSESSORE GRAVISSIMO  
 ANTECESSORE CELEBERRIMO.  
 PATRONO HOSPITE AC PROMOTORE SUO MULTIS NOMINIBUS  
 DEVENERANDO  
 PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS PRIVI-  
 LEGIIS ET IMMUNITATIBUS DOCTORALIBUS  
 SOLENNITER OBTINENDIS  
 IN AUDITORIO JURE CONSULTORUM  
Horis ante & pomeridianis consuetis publico Fruditorum ventilationi exponit.  
 CHRISTOPH. DANIEL Schmid / Adv. Reipub. Goslariensis,  
 ad diem Novembr. M DCC XIX.  


---

 JENÆ, LITTERIS MVLLERIANIS.